HORTI MALABARICI
PARS OCTAVA,

DE VARII GENERIS

HERBIS
POMIFERIS & LEGUMINOSIS;

Latinis, Malabaricis, Arabicis, Belgicis, Bramannum characteribus nominibusque expressis.

Adjecta Florum, Fructuum, Seminumque nativæ magnitudinis vera delineatione, colorum viriumque accurata descriptione,

ADORNATA

Per Nobilissimum ac Generosissimum D.D.

HENRICUM VAN RHEDE TOT DRAKESTEIN,

Toparcham in Mydrecht, quondam Malabarici Regni Gubernatorem, supremi Consessus apud Indos Belgas Senatorem Extraordinarium, nunc vero Equestris Ordinis nomine Illustribus ac Præpotentibus Provinciæ Ultrajectinæ Proceribus adscriptum,

Notis adauxit, & Commentariis illustravit

JOHANNES COMMELINUS

In ordinem redegit, & latinitate donavit

ABRAHAMUS à POOT M. D.



Mo. Bot. Garden,
1893

AMSTELÆDAMI.

Sumptibus Viduæ JOANNIS van SOMEREN, Hæredum JOANNIS van DYCK, HENRICI & Viduæ THEODORI BOOM,

Anno cIↃ IↃc LXXXVIII.

ILLUSTRI ac GENEROSISSIMO

V I R O

D. FRIDERICO ADRIANO

BARONI DE RHEEDE, LIBERO DOMINO DE REINSWOUDE, EMMINCHAUSEN, BORNEWALL &c. ORDINIBUS EQUESTRIS DIGNITATIS TRAJECTINÆ DIOCÆSEOS ADSCRIPTO.

MEo juſſu pervenit ad Te Tomus Octavus Horti Malabarici, teſtis perpetui Mei in te ſtudii & amoris. Conjunxit nos quidem dudum ſanguinis, unde genus uterque ducimus, neceſſitudo, & collegii ſocietas, ſed non minus me tibi devinxit tua virtus, elegantia & morum mirifica ſuavitas. Inter elegantiæ, quam in omnis tua vita præ te fers, documenta cum politioris omnis doctrinæ, cum hortorum culturæ ſtudium in primis elucet. Nam & in optimis & cultiſſimis ſcriptis legendis, ac quicquid in iis pulchrum & eximium invenitur memoriæ mandandis; & in excolendis Hortis tuis, omnique florum & fructuum exquiſitorum genere conſerendis Te totum eſſe & ipſe novi, & omnes qui Te norunt, non ignorant. Perſuaſſimum itaque mihi eſt, non poſſe non gratum Tibi eſſe hoc munus, quod ab extremis Indorum oris Tibi mitto. Paſces enim oculos tuos ſpectaculo multarum mirarum, & Europæ adhuc inviſitatarum arborum, fruticum & herbarum, quas apud olim illas gentes collegi, ad quas nunc ſingulari quodam fato, cum typis Amſterodami hæc deſcribuntur, & luci committuntur, publicæ rei cauſſa cum imperio & magiſtratu extraordinario ſum ablegatus. Tu velim ſic exiſtimes me ubique terrarum & gentium tui amorem alta mente conditum circumferre. Illum nulla temporis locorumque longinquitas delebit. Semper enim ero

Nobiliſſimo Nomini Tuo

Deditiſſimus

HENRICUS VAN RHEEDE.

ABRAHAMUS à POOT M.D.

L. B. S. P.


OCtavam cum hanc HORTI MALABARICI partem colligerem, ex authenticis non potui deprehendere, quin Auctor in Fruticum pergeret descriptione, ast cum ad Tabulam XXII. pervenissem, & reliquas inspexissem, vidi me errasse, illumque non jam de Fruticibus sed de Herbis agere, atque ideo pro *Frutex*, vel *Frutex qui*, legendum erit *Herba*, vel *Herba quæ*, hoc te B. L. scire volui & valere.

Belá-schorá Lat:

വെള്ളച്ചൊര Mal.

بهللحع جبارع arab.

गानदूदी bram.



Lagenaria vulgaris var.

Cogn. 418

PARS OCTAVA HORTI MALABARICI

DE VARII GENERIS

HERBIS POMIFERIS & LEGUMINOSIS;

BELA-SCHORA.

TAB. I.

SChorà, variæ dantur ſpecies, *Belà-Schorà*, *Bilen-Schorà*, *Schakerì-Schorà*, *Caripà-Schorà*; *Belà-Schorà*; à Bramannibus, *Gara-Dudi*; Luſitanis, *Babora-Branca*; Belgis, *Witte Pepoenen* vocantur. *Radix* intus filamentis, lignoſis pertexta, corticem habet album. *Caules* quadrangulati, profundè ſtriati, inflexi, viridi diluti, piloſi, minus lignoſi, ſucculenti, fiſtuloſi, latum in medio habent tubulum. *Folia* unà cum claviculis,è cymis, pediculis longis, craſſis, rotundis, tortuoſis, viridi dilutis & piloſis proveniunt, magna, anterius cuſpidata, ad pediculum exciſa, in margine hinc inde acuminata, minutiſſimis pilis obſita, lenia inſtar *Veluti*, in recta parte viridi fuſca. Ex *coſta* media duæ magnæ laterales excurrunt, quæ iterum variè diſperguntur. *Flores* ſolitarii, cum ſuis pediculis piloſis,ſpithamam plus minus longis proveniunt, pentapetali, circa baſin ſtricti, ad extremitatem latiores, corrugati, albi, ac deinde flaveſcentes, tribus coſtis emi-

 nen-

nentibus ſtriati, piloſi, lanugine membranacea obſiti, tranſparentes. *Fructus* aquoſi & fungoſi, longitudinem pedis æquant, circa verticem craſſiores; cortex, cum teneriores ſunt mollis, pilis albicantibus obductus; vetuſtiores, durus, craſſus, lignoſus. *Semina* oblonga ſecundum longitudinem in latitudine fructuum conſpiciuntur, primùm albicantia, dein ex albo flavo fuſca, quadrilateralia, ex oppoſito valde compreſſa, in medio nonnihil ſtriata: nucleus albus eſt. *Succus* cum momento cumini ſumptus, ſpontaneam laſſitudinem, ac debilem tollit reſpirationem: *Foliorum* decoctum cum ſaccharo Ictericis prodeſt. Per totam hæc planta creſcit Malabariam, in hortis excolitur & comeditur, florens tempore pluviali.

TAB. I.

Bela-Schara hæc eſt *Raji Pepo vulgaris*; vide ſis ipſius *Hiſt. Plant. lib.* 13. *cap.* 2.

SCHA-


Schakeri-schora lav.
mal.
arab.
दुदी bram.

SCHAKERI-SCHORA.

Tab. II.

SChakerì-Schora; ſecundum Bramannes, *Polita-Cali-Dadi*; Luſitanos, *Bobara-Guinea*; Belgas, *Pepoenen*, altera ſpecies *Schora*, frutex eſt cum priori conveniens. *Radix* eadem & caules, ſed hi minus angulati & pilis hirſutis ac aſperis obſiti. *Folia* ejusdem formæ & magnitudinis, ſed hirſutiora & in oris dentata, quorum etiam pediculi craſſiores, longiores, hirſuti, ac ſpiculis aculeatis muniti. *Flores* quorum alii fructubus inſident, alii ſine fructubus proveniunt, grandiores, aureo flavi, monopetali, quinque partiti, criſpati, piloſi, exterius quoque craſſis coſtis, viridibus, piloſis, altè eminentibus inſtructi, circa cuſpides non ita flavi ac minus rubeſcentes. In medio illorum qui ſine fructu prodeunt, *ſtylus* craſſus & erectus eſt, croceus & gemmulis flavis farinaceis in totum conſitus, quibus detritis, variis condenſis flaviſque ſtriis ſulcatus videtur; qui cum fructu, in medio ſtylum habent albicantem, ſuperius in tres quaſi ramulos diviſum, quorum ſinguli duobus longis, ſurrectis, craſſis rubro fuſcis ſtaminibus donati. *Calix* quinque oblongo anguſta habet folia, viridia, piloſa, in medio nervo obducta. *Fructus* pene iidem; alii oblongi, alii plano rotundi, duorum pedum latitudinem adæquantes, in longum coſtis extuberantes, primum virides, dein in totum flavi, carne denſa & ſublava, interiori valde fungoſa & crocea, ſaporis dulcis. *Semina* eadem ſerie videntur oblongo-rotunda & plana, ſuperficie parum convexa & æquali, quorum pulpa candida eſt. *Succus* cum momento Muſchati, debilitatem & corporis languorem ſublevat. Inter edulia habetur & ubique invenitur.

Tab. II.

Species hæc eſt *Pepo Indicus compreſſus maximus*, *Moriſon. Hiſt. Oxon. Sect. 1. Cap. 3.* & *Cucurbita aſpera folio non fiſſo, fructu albo maximo ſeſſili. Joh. Bauh. Tom. 2. Lib. 16.*

Benincasa cerifera



CUMBULAM.

Benincasa hispida Cogn. 513.

TAB. III.

FRutex qui Malabarienſibus, *Cumbulàm;* Bramannibus *Cuvaly;* Luſitanis *Bobara d'Agoa* dicitur; Belgicè, *Water Pepoenen;* inter edulia habetur & ubique in hortis excolitur, arenoſa & lutea amans loca. *Radix* fibroſa & albicans. *Caules* fungoſi, aquei, virides, ſtriati, piloſi, ſpiculis albicantibus muniti, ad exortum foliorum claviculas emittentes. *Folia* in longis, craſſis, viridi-claris, interius ſtriatis, rigidioribus, albicantibus ſpiculis minutis, proveniunt pediculis, magna, cuſpidibus eminentia, in margine exciſa, aſpera & piloſa, interiori parte viroris fuſci, exteriori clari. *Coſta* media duas laterales emittit quæ circa baſin divaricantur, omnes eminent, maximè in adverſa parte. *Flores* pene in ſimilibus videntur pediculis, pentapetali, aureo flavi, exterius piloſi, pluribus craſſis coſtis viridibus in longum obſiti, interius ſtriati. *Stylus* in medio tripartitus, ſuperiori parte capitulum efformans ſubflavum & plicis quaſi convolutum. *Calyx* aliquo modo craſſus & planus, ſuperne circulo circumſcriptus, foliolis parvis, cuſpidatis, viridibus coronatim circumdatus. *Capſulæ ſeminales* coniformes ſunt, virides & eminentibus coſtis ſtriatæ. *Fructus* prægrandes, è genere *Cucumerum*, aquei, fungoſi, exterius virides, oblongo rotundi, quorum caro ſeu medulla valde fungoſa, aquea & flatulenta, ſaporis aquei. *Semina* reſpectu ſitus & formæ inſtar Cucumerum, ſaporis ſubamari. Tener hic frutex venenoſus eſt, maturus è contra alexipharmacum; in febre calida oſſium, ac tuſſi conducit, nec non in ardoribus pectoris, manuum ac pedum, ſi nempe fructus in conſerva dentur; idem triti & cum butyro ſumti veriginem ſedant & appetitum promovent: ſemina trita & mixta cum oleo Schirgelim pro dyſuria adhibentur.

TAB. III.

Cumbulam eſt *Pepo oblongus Moriſſ. Hiſt. Oxon. Sect.* 1. *cap.* 3, & quanquam hæ ſpecies etiam in hiſce regionibus inveniantur, ſciendum tamen illas primo ex ſeminibus exoticis eſſe progerminatas.


Lagenaria vulgaris Cogn. 418

Caca-palam Lat.

Mal.

Arab.

bram.



CACA-PALAM.

TAB. IV.

C*Aca-Palàm*; lingua Bramannum, *Cavandely*; Luſitanorum, *Fruita Quiſoute*, Belgarum, *Swalm Appel*, frutex eſt, denſa amans nemora. *Radix* craſſa eſt, brachium adæquans, ramoſa, fibroſa, corticulâ exteriori flava, interiori nonnihil ruffa, & ex parte ſanguinea, circa lignum albicans, in medio corculum radiis lignoſis ſtriatum habens, inter radios mollius, ac fiſtulis conſpicuis in longum pertuſum, ſaporis amari. *Caulis*, uti radix ſtriatus, & fiſtuloſus, ſuperiora verſus tenuis, ſtriatus, glaber & viridis, multos transverſos ejicit cauliculos. *Folia*, quorum pediculi ſtriati, tribus ſeu quinque cuſpidibus eminent, in recta parte hirſuta ſunt & aſpera, in adverſa villoſa, in margine dentata. *Coſta* media utrinque duas alias emittit, in adverſa parte eminentes. *Flores*, qui pediculis brevibus ſupra ex origine foliorum emergunt, albicantes, pentapetali, criſpati, interius plurimis longis, albicantibus filamentis obſiti, exterius tribus rubris eminentibus coſtis ſtriati, pedem habent oblongum, craſſum, nonnihil nitentem, intus nonnihil lanuginoſum; inferiori parte durum, rigidum, à ſuperiori velut nodulo diſtinctum. *Calyx* ex quinque foliis conſtat rubris, anguſtis, cuſpidatis. *Stamina* è medio emicant tria, cum ſuis oblongo rotundis & planis apicibus, & cum iis *ſtylus* ex rubro albicans, in ſummitate craſſior, ac trifidus. *Fructus*, velut mala ſunt oblonga, primum acuto apice armati, qui deinde decidit, initio virides, tum rubro obſcuri, poſt magis magisque flaveſcentes, ac tandem in totum miniato pulchri, cortice tenui, pulpâ flavâ, quæ ſaporis amori. Intra pulpam numeroſa continentur *ſemina* oblongo rotunda & plana, ſingula ceruleo viridibus membranis involuta, variis filamentis ſibi invicem annexa, odoris teterrimi. Matura ſemina ruffo fuſca, valde amara.

Floret

Floret hæc planta menſe Julio, circa *Paleoti*, ſemper ex radice de novo progerminans; nullius in medicina uſus.

TAB. IV.

Variæ hujus generis inveniuntur *Colochynthides* uti videre eſt apud *C. Bauhinum in Pin. ſect.* 4. *lib.* 8. Hæc ab Authore noſtro ſub nomine *Cara-Palam* deſcripta eſt *Colochynthus oblonga B. Pin.* & *Cucurbita aſpero folio, amara, grandis, rotunda, viridis Joh. Bauh. T.* 2. *lib.* 16.


Lagenaria vulgaris Cogn. 418

Caipá-schorá Lat:

കൈപ്പച്ചൊര Mal.

[illegible] Arab.

कोडुवोदृदी bram.



CAIPA-SCHORA.

Lagenaria vulgaris, Ser. Cogn. 415

TAB. V.

CAipa-Schora, ſpecies eſt *Schora*; à Bramannibus, *Culivò-Dudi*; à Luſitanis, *Bobora-Calabaſſen*; à Belgis, *Fles appelen* & *Calabaſſen* vocantur, naſcens in ſolitudinibus circa *Warapoli*, florens tempore pluvioſo, ac cum prioribus in multum conveniens. *Radix* eadem, præter quod cortex ſit amarus, & *caules*, & *folia* ſed parum minora, non ita mollia & viridi fuſciora, & *flores*. *Fructus* formâ & magnitudine differunt, minores enim ſunt, rotundi, ſaporis valde amari, *ſemina* plane eadem, ſed minora. *Succus* foliorum cum tantillo *Moſchati* ructum abigit: medulla fructus immaturi trita & cum aqua calida ſumta vomitum promovet, pectoris anguſtiam tollit, prægnantibus prodeſt, capitis dolorem tollit, pro lotione adhibita animi deliquium tollit; cum ſeminibus trita phlegmata evacuat.

TAB. V.

Caipa-Schora eſt *Colochyntis Piriformis*, ſeu *Pepo Amarus Bauh. Pin. Sect.* 4. *lib.* 8.

BILENSCHORA.

BIlenſchorà eodem nomine ut cæteræ ſpecies cognita, cum prima ſpecie pene in omnibus convenit, excepto quod caules ſint quinque angulati, magis piloſi & craſſiores. Vires cum illis *Caipa-Schora* conveniunt.

Cucumis sativus Cogn. 498


Mullén-bellerí Lat.

മുള്ളൻവെള്ളരി Mal.

Táua-sini

तवशीणी bram.

مُولهِنْ وِوهِلجِهْرِيْ Arab.




MULLEN-BELLERI.

TAB. VI.

M*Ulen-Belleri*; Bramannicè, *Táva-Tini*; Lusitanicè *Pepinho do Mato*, frutex eſt caulibus hirſutis, aſperis, uti & foliis; floribus flavis, pentapetalis; corculum medium quinquilaterale eſt; fructubus Cucumeri formibus majoris generis ac ſpinoſis; uno verbo, *Cucumis ſylveſtris*. Hujus, cum *Palmæ* ſylveſtris tenera folia, cum toſto *Cumini* pulvere in aqua decocta, difficili ac ſibilanti reſpirationi, & impeditæ diglutitioni medentur. Succus cum oleo *Sergelim*, & toſto *Cumini* ſemine hauſtus, vel cum *Jeribeli* temporibus illitus, reſpirandi difficultatem ex ictu vel lapſu levat.

TAB. VI.

Mullen-Belleri A°.1684. ex Ceylone mihi transmiſſa & terræ mandata per tres annos continuos maturos protulit fructus, boni & grati ſaporis. Diſſecti liquorem exſtillabant flaveſcentem, carne multum ſicciores & denſiores, quam Cucumeres vulgares, neque ita aquei, formâ oblongiores & anguſtiores.


Luffa acutangula
Pićinna lat.
Mal.
Arab.
गोसाळि bram.

PICINNA.

Luffa acutangula. Roxb. Cogn. 460.

TAB. VII.

PIcinna duæ dantur ſpecies, una ejus nominis, altera *Cáttu-Picinna*. Prima Bramannibus, *Gonſaly*; Luſitanis, *Pátolas*; Belgis, *Traken* vocantur, frutex ex naſcens in arenoſis, qui etiam multis in locis excolitur & inter edulia habetur, bis quotannis frugens. *Radix* longè ſubtus terram in transverſum excurrens, in ſuperiori parte glanduloſa, fibrisque barbatis veſtita, cum cortice craſſo, molli, humido & viridi, inferius albicans; intus humidis, laxis & lignoſis filamentis inſtructus. *Caules* tenues, virides, quinquangulati, geniculati, ex geniculis claviculos emittentes, ſtriati, minus lignoſi, humidi, vetuſtiores in angulis aſperi, teneriores raris ac brevibus pilis obſiti. *Folia* ex geniculis proveniunt, magna, anterius tribus armata cuſpidibus, quorum medius maximus, duo reliqui minores, piloſa & aſpera, in rectâ parte viridi fuſca, in adverſa diluta. *Coſta* media præter alias minores, duas laterales emittit. *Flores* pentapetali ſunt, rotundiores, parum oblongi, verſus interiora criſpatim convoluti, flavi, anterius flavo ſaturi, inferius pallidiores & ſubvirides; exterius quinque viridi dilutis, nonnihil piloſis foliolis, ſuperius ſubflavis obſiti, interius ſtriati. *Stamina* habent quinque brevia, viridi diluta & ſubflava, inferiori parte magis albeſcentia, ſuperius in ramulos latos, tenues, plicatos ac corrugatos, ſuperius ſubflavos diviſa. *Calyx* ex quinque conſtat viri dilutis & cuſpidatis foliis, exterius coſtulis in longum ſtriatis. *Gemmæ* rotundæ, cuſpidatæ, pyriformes. *Flores* gemini ſunt, fructiferi, ſimul cum fructu erumpentes, ac eidem inſidentes, reliqui non item, qui & ſine fructu videntur. *Fructus* ipſi, cucumeris habent formam, in longitudine decem coſtis ſtriati, ſpithamam vel etiam duas longi, cum cortice viridi fuſco, intus carne fungoſa, humida, ſaporis

aquei. *Semina* plana, compreſſa, oblongo-rotunda, primum albicantia, dein valde nigra ac nitentia. *Radix* decocta choleram reprimit, pituitam expurgat, & tumorem ventris tollit; Fructus, ceu illorum medulla ad pondus ʒj. in aqua macerata & aſſumpta vomitum provocat; ex ſeminibus oleum contra impetiginem diſtillatur.

Tab. VII.

Hæc Cucumeris ſpecies jure merito, *Cucumis ſylveſtris Malabaricus, fructu ſtriato amaro* dici poteſt; à nullis, quod ſciam, aliis Auctoribus deſcripta.

CATTU-



Cattu-picinna Lat.

കാട്ടുപീച്ചിങ്ങ Mal.

قَعطُوْ پِيچِّينغَا Arab.

माटिगोसाळि bram.

CATTU-PICINNA.

Luffa cylindrica, Roem. Syn. 456.

TAB. VIII.

C*Attu-Picinna*; ſecundum Bramannes, *Matti-Gonſali*; Luſitanos, *Fruita-cota*; Belgas, *Kors-Appel*, naſcitur in arenoſis, circa *Cranganoor*, in denſis nemoribus, ac etiam aliis in locis, plerumque frugens, ac in radice longo tempore ſuperſtes. *Radices* & *caules* cum priori ſpecie conveniunt, ut & *folia*, niſi quod minora ſint, ſuperficie magis aſpera, & coſtas tenuiores habeant. *Flores* iidem. *Fructus* ejusdem formæ, ſine coſtulis tamen, ſed decem radiis ſtriati, minores ac non ita craſſi; ſaporis valde amari. *Semina* paulò minora, in margine tenui limbulo circumdata. Nullius in Medicina uſus.

TAB. VIII.

Cattu-Picinna etiam ex genere eſt Cucumeris ſylveſtris, & à nemine deſcriptus; illam vero ut & alias præcedentes ad hoc genus pertinere, liquido ex omnibus notis conſtat characteriſticis; niſi forte ob ſummam amaritudinem pro ſpecie Colochyntidis, haberi quis vellet.

PANDI-

Momordica Charantia

Pándi-páuel lav.

വള്ളിപ്പാവൽ Mal.

válli Caratí

वाळिकाराति bram.

arab.



Momordica charantia L. Cogn. 456

PANDI-PAVEL.

TAB. IX.

P*Avel* quatuor numerantur ſpecies, *Pandi-Pavel*, *Erima-Pavel*, *Pável* & *Bem-Pável*: prima Bramannibus, *Valli-Carati*, Luſitanis *Folhas Margoſeira com fruita grande*, Belgis, *Groot Bierblad* dicitur, denſa amat nemora, florens tempore pluviali; loco *lupuli* adhibetur ad dequoquendam cereviſiam. *Caules* tenues ſunt, virides, quinquangulares, pilis raris minutis obſiti, hinc inde claviculos emittentes. *Folia* quæ pediculis craſſis, longiuſculis, interius ſtriatis proveniunt, qui paſſim claviculis ſunt inſtructi, mollia, tenuia, pilis ſubtilibus, miutis, raris, maxime in rectâ parte obſita, in ſeptem lacinias diviſa, quarum anteriores longiores & cuſpidatæ, ac in oris nonnihil angulatæ. *Coſta* media piloſa, viridi diluta, duas transverſales emittit, etiam in recta parte nonnihil eminentes, ubi folia viridi fuſca & ſurda, ſaporis amari, odoris gravis. *Flores* inferiori parte foliolo viridi, parvo, rotundiori ſubſtricto, ſupra ex origine foliorum prodeunt, diluto flavi, pentapetali, tenues, oblongo rotundi, ad oras nonnihil criſpati, in adverſa parte coſtulis eminentibus, ac in rectâ veſtigia relinquentibus, ſtriati; in medio corculum habent, cum ſuo croceo capitulo, ex ſex ſtaminibus conſtans brevibus, albicantibus, quæ tribus datata ſunt apicibus ſurrectis, croceis ac arcte in unum conjunctis; & ſunt fructiferi vel non, quod cum reliquis ſpeciebus ipſis commune eſt; nullius odoris. *Calyx* ex viridi albicans eſt, quinque oblongis & cuſpidatis gaudens foliolis. *Fructus*, cucumeri formes, oblongo rotundi, in acutum cuſpidem deſinentes, totâ ſuperficie majoribus inæqualibus tuberculis extuberantes, coloris primum albicantes ac parum viridis, dein flavo rubri & crocei; ſub cortice pulpa latet humida, parum fungoſa, in principio albicans, dein crocea. *Semina* plana, glabra, craſſiuſcula,

E an-

anteriori & posteriori parte nonnihil cuspidata, oblonga, tria quatuorve numero, sacculis quasi membranaceis & carneis, corallino rubri & nitentis coloris investita, primo albicant, exin ruffescunt, saporis subamari. Integra planta cum *Nala-Tirtava*, *Cinamomo* ac *Pipere longo* trita, atque aquæ *Oryzæ* oleoque *Marotti* mixta, unguentum suppeditat contra Psoram, Scabiem, Papulas, aliosque morbos cutaneos. *Folia* cum aqua calida è pota lumbricos enecant. *Succus* pruriginem abigit. Tota planta cum floribus *spinæ*, *curcuma* viridi, *gingibere* sicco, *pipere* longo, aliisque unà pulverisata, oleo *Marotti* tincta & candente ferro levigata, oleum fundunt, quo Psora, Pruritus, Impetigo, imo ipsa lepra, liniendo tollitur; simplex ejusdem pulvis, lepræ atque ulceribus malignis obsistit.

TAB. IX.

Pertinent hæ plantæ ad *Herbas Pomiferas Capreolatas*, sunt enim genus *Cucumeris*, præter hanc quæ sub nomine *Cucumeris Punicei Cordi*, seu *Balsaminæ rotundi folio repentis seu maris. Bauh. Pin.* venit. Ita Author noster varias adhuc ejusdem conspecies describit. Anno 1686. in Horto Medico Amstelodamensi maturos protulit fructus & semina; quæ semina ex Insula Mauritii primum per Dominum *Isacum Lamotium* sunt transmissa. Etiam in Insula Ceylon aliisque locis inveniuntur. Ast quoniam hæc præ cæteris maximos habeat fructus, jure meritò *Cucumis Puniceus Indicus fructu majore ex flavo rubente* appellari potest.

Momordica muricata



PAVEL.

Momordica charantia, v. β. abbreviata, Ser. Cogn. 438
M. muricata, Willd. Cogn. 438

TAB. X.

P*Avel*; lingua Bramannum, *Carati*; non differt à *Pandi-Pavel*, niſi quod hujus fructus cucumeriformes, qui & eodem modo in ſuperficie tuberoſi ſunt, minores, non ita oblongi, & infra cuſpidem oblongum, ventre globoſo. Planta in pulverem redacta, admixtis nigri *cumini* ſeminibus, *ſale*, *aſſa fœtida*, *zinzibere* ſicco, *pipere* longo ac *melle*, in pilulas formatis, ventris lancinationes & tormina ſedant, flatus diſſipant. Cum cortice *Panitsji* & quatuor ſpeciebus *Alu* in aqua Lanjæ contuſa, additoque limonis ſucco calefacta, inſigne præbet gargarisma pro *Aphtis*. Cum immatura *Curcuma*, & ſicco *zinzibere* ſi ſuccus extrahatur, cum ſucco limonum, toſto pulveratoque *Cucumi* ſemine ac ſaccharo candido permixtus, tuſſim ſedat, phlegmata expectorat, & claram reddit vocem.

TAB. X.

Pavel minor eſt conſpecies plantæ præcedentis, ſed ab Authore noſtro non plenè deſcripta; diſcrimen tantum ponens in magnitudine & tuberoſitate fructuum, ad idcirco **Cucumis Malabaricus fructu ex flavo rubente minor** merito appellari poteſt; & eſt ipſiſſima planta quæ à Dom. **Hermans** in **Catal. Hort. Academ. Lugd. Batav.**, nomine **Cucumeris Punicei Zeylanici** indigitatur.


BALIA-

Bália-mucca-piri Lat.

വലിയമുക്കപ്പീരി Mal.

وَالِيَا مُعقّا بِيرِي Arab.

करीट bram.



BALIA-MUCCA-PIRI.

Coccinia cordifolia, Cogn.

TAB. XI.

B*Alia-Mucca-Piri*; lingua Bramannum, *Carinti*; Luſitanorum, *Tindalica*; Belgarum, *Milten*; frutex eſt naſcens in dumetis & locis ſilvaticis circa *Cochien*, ſemper florens vel frugens. *Radix* longè ſuper terram extenſa, hinc inde fibras emittit, rufo & ſubrufo cortice, intus viridis, aquoſa & filamentis lignoſis contexta, ſaporis amari. *Caules* inflexi, claviculati, quadrangulati, aculeati, viridi fuſci, raris aculeis, qui cuſpidibus verſus poſteriora reflexi ſunt, obſiti, ad tactum aſperi. *Folia* ex geniculis prodeunt, aculeata, interiori parte profundè ſtriata, majora ut illa primæ ſpeciei, in cuſpidem minus acutum deſinentia, in oris minutis crenis inciſa, ad tactum magis ſcabra & aſpera, craſſioribus, longioribus hirſutis pilis obſita, interiori parte cancellis pertexta, ſaporis magis amari. *Flores* in cymis ſupra ex origine foliorum, tres quatuorve ſimul fructubus inſident, pentapetali, criſpati & corrugati, flavi, vel etiam lutei, cum corculo cujus medium flavum, ſimiles ut illi primæ ſpeciei, ſed triplo ferme majores, ac magis ſtelliformes. *Calyx* viridi dilutus & flaveſcens, ex quinque brevibus, anguſtioribus, cuſpidatis conſtat foliis, verſus exteriora inflexis. *Fructus* grandiuſculi, oblongo-rotundi & cucumeri formes, ex una parte viridi fuſci & nitentes, ex alia viridi diluti & albicantes, hinc inde acutis gemmulis eminentes, quorum cortex craſſus, aqueus; caro etiam aquea, in qua ſemina eodem modo ut in cucumeribus poſita ſunt, ſapor aqueus eſt & amarus, non ſunt in eduliis. *Semina* oblongo rotunda & plana, ſeminibus cucumerum haud diſſimilia. Foliorum *Succus* expreſſus & ad quantitatem unius unciæ ſumtus, omne venenum, ac dolores ex flatibus obortos tollit; in unctione adhibitus humores diſcutit. *Fructus* triti ac lacte vaccino permixti, vel etiam cocti,

phrenosin sedant, memoriam consortant, vertiginem tollunt, capiti appositi & colligati; tota planta, cum *Palmodecca* trita & in butyro decocta, idem præstat.

TAB. XI.

Balia-Mucca-Pira tertia species est *Balsaminæ Cucumerinæ* nostri Authoris, ac revera inter illam recenseri debet; quamvis autem descriptio diceret caules tactu asperos esse & acutos, illud tamen in delineatione non bene observatum. Nostro judicio *Balsamina Cucumerina Indica folio integro fructu variegato* appellari potest.

ERI-


Érima-páuel lat.

എരിമപ്പാവൽ Mal.

Pageli

फागली bram.

Arab.



ERIMA-PAVEL.

momordica dioica. Roxb. Cogn. ult.

TAB. XII.

E *Erima-Pavel*; Bramannes *Pávali* dicunt; Lusitani *Tindali-Spinosa*; Belgæ *Doorn-Milssen*; frutex est nascens post *Paelurti*, plerumque florens vel frugens. *Radix* magna, capitata, cortex ruffo-obscurus, caro densa & albicans. *Caules* quadrangulares ac glabri. *Folia* multo majara sunt, mollia, lenia, pilis rarioribus ac minutis obsita, ad petiolum angulatim divisa, cum tribus laciniis, quarum media oblongior, costis in adversa parte, quæ etiam in interiori conspicuæ, striata, viroris fusci. *Flores* formâ & colore ut præcedentes. *Fructus* plane similes sunt, sed exactius oblongo rotundi, & bullis minoribus aculeatis, densis & æqualibus, undequaque obsiti, primum in totum virides, dein ex parte virides, ex parte albicantes, cortice denso, carne alba fungosa, saporis aquei & minus amari, quare & inter edulia habentur. *Semina* plana sunt, rotundiola, parum convexa, ac in oris nonnihil serrata; numero sex in circulum posita, sacculis membranaceis, carneis, rubris involuta, coloris albicantis. Planta hæc verè cephalica est; nam cum *Nucæ Indica*, *pipere*, *Cinnab: Mercurii*, *Sandalo rubro*, vel denique cum *Mattengu-Panna-Schelengu* & floribus *Neli* trita, aqua *Oryzæ* permixta, & in formam linimenti redacta, omnes capitis sistit dolores.

TAB. XII.

Quinta hæc species est Balsaminæ Cucumerinæ, quæ hic sub nomine *Erima Pavel* describitur, & jure merito dici potest *Balsamina Cucumerina foliis integris fructu aculeato.*

MUCCA-

Muccá-piri lat.

മുക്കാപ്പീരി Mal.

مُعْقَا بِيْضِحِيْ Arab.

देवतवसीपी bram.



MUCCA-PIRI.

TAB. XIII.

MUcca-Piri duæ dantur ſpecies, una ejuſdem nominis, altera *Bullia-Mucca-Piri*; prima à Bramannibus *Deva-Teva-Sini* appellatur, frutex eſt arboribus ſe affigens ac naſcens in arenoſis. *Radix* longe ſupra terram ſe extendit, rufa eſt cum cortice ſubrufo, intus viridis, aquoſa & amara. *Caules* tenues ſunt & inflexi, angulati, in angulis acuti, & ſubtilibus aculeis, quorum cuſpides interiora verſus inflexi, condenſe obſiti, virides & claviculati. *Folia* ex cymis ceu inflexuris proveniunt, quorum pediculi rotundi, aſperi, aquei, viridi-diluti, interiori parte ſubtili lyra ſtriati & aculeis obſiti; oblonga, tricuſpidata, crenata, ſuperficie in utraque parte valde aſpera, in recta minutis hirſutis pilis obſita, viroris diluti & ſurdi, in adverſa dilutioris & parum nitentis, ſaporis ſylveſtris & ſubamari. *Coſtam* habent mediam quæ duas emittit laterales etiam in recta parte eminentes. *Flores* in cymis ſupra ex origine foliorum viſuntur, duo, tres, quatuorve ſimul, cum ſuis petiolis valde brevibus ac viridi dilutis fructubus inſidentes, minores ſunt, pentapetali, lutei ceu flavo diluti, in medio ſtriati & corrugati; corculum habent flavum. *Calyx* viridi dilutus, nonnihil piloſus, ex quinque brevibus, cuſpidatis conſtans foliolis. *Fructus* baccæ ſunt rotundæ vel etiam nonnihil oblongo rotundæ, parva ceraſa referentes, ruboris valde ſaturi ac corallini, ſuperficie glabri, pilis albicantibus rariſſimis obſiti, carne intus albicante, ſucculenta ac nonnihil unctuoſa, ſaporis amariſſimi, cum aperiuntur odoris graviſſimi. *Semina* ceu grana inter carnem confertim conſident, oblongo rotunda & plana, ad unam partem contractiora, coloris albicantis. In decocto data coleram ſedat per ſudores & urinam, dyſuriam, gonorrhæum ſiſtit, calculos infringit. Succus

expressus & cum aqua rosacea addito pauxillo Moscati assumptus, flatus dissipat; radicis decoctum idem præstat; quæ per se masticata, dentium dolores sedat.

Tab. XIV.

Mucca-Piri quæ sexta species est *Balsamina Cucumerina punicea glabra, maculis albis notata* vocatur.


Covel lat.
கொவைல் Mal.
Tendúli
तेदुली bram.
[illegible] arab.

COVEL.

TAB. XIV.

Coccinia cordifolia, Cogn. Cogn. 529.

COvel; linguâ Bramannum, *Tenduli*; Luſitanorum, *Tindeli-Comprido*; Belgarum, *Milten*; frutex eſt naſcens in ſaltubus circa *Cochien* & in aliis locis. *Radix* tenuis, albicans, intus filamentis lignoſis pertexta, vetuſtior cinerea, lenta. *Stipes* craſſitiem brachii adæquat, cinereo cortice obductus, nodis craſſis extuberans, una cum ramis faſciam referens, intus filamentis lignoſis, humidis & laxis, ac circa corticem carne ſubaquea pertextus. *Caules* folioſi, tenues, rotundi, glabri, virides, aquei, minus lignoſi, cymis inflexi, ac ex illis hinc inde novos emittentes ſurculos. *Folia* cum claviculis ex convexa parte cymarum, pediculis mediocriter longis, craſſitie caules ſuos ſuperantibus & parum nitentibus in caulibus proveniunt, cucumerum foliorum formam referentia, textura denſa & mollia, fractu facilia, ſuperficie glabra & lenia, in recta, ubi etiam coſtæ conſpiciuntur, parte, viroris fuſci, in adverſa dilutioris & ſurdi, ſaporis nullius, niſi aquei, odoris ingrati. *Flores* monopetali, campaniformes, quinque partiti, in totum candidi, cuſpidati ac nonnihil criſpati, exterius verſus cuſpides, tribus coſtulis viridibus & nitentibus, quarum media maxima eſt, ſtriati, interius ſulcati, denſioribus & oblongioribus pilis, quam quidem exteriori parte, obſiti. *Stylus* è medio emicat albicans, craſſior, capitulo plicato, rotundo, viridi claro, flaviuſculo farinaceo rore conſperſo dotatus. *Calyx* florem arcte excipiens viridi dilutus, quinque vel ſex anguſta, brevia, cuſpidata, verſus petiolum inverſa, & a ſe mutuo diſſita habet foliola, quæ in cuſpide rubro colore tinguntur. *Fructus* cucumeri formes, ad longitudinem trium quatuorve pollicum, cortice in totum rubicundo croceo; ſed cum teneres viridi fuſco, nitente, punctulis ac etiam hinc inde albicantibus maculis interſperſo; pulpa

fun-

fungoſa eſt, rubicunda & crocea. *Semina* ut illa cucumerum, ſed minora, plana, oblonga, ad unam partem extenuata, primum ex flavo albicantia, dein crocco rubicunda, in propriis loculis conſita, liquore magis gelatino & copioſo, ſubſalſo & ſubacido obducta, in orbem ad ſe mutuo ſita, cum tenuiore parte cortici obverſa. *Fructus* teneriores comeduntur. Eſt & alia ſpecies *Covel*, à priore nihil differens, præterquam quod fructus ſint amari. Integra planta cum radice *Elà-Callì* ac *Cumini* pulvere cocta, gonorrhæam ſiſtit; ſi febris adſit ac bilis orgasmus, adduntur *Sacchari* rubri ac flores *Néli* cum aqua orizæ; Folia cum recenti butyro contuſa, in formam linimenti adhibita, exanthemata tollunt. *Succus* ex *Pada-Kelengil*, floribus *Neli* & hac planta expreſſus Cephalæam & præcordiorum æſtum mitigat; cum ſaccharo ſumtus bilem refrenat, radix in aqua decocta idem facit.

TAB. XIV.

Septima hæc ſpecis *Balſaminæ Cucumerinæ pinaceæ glabræ, maculis albis notatæ* nomen gerit.


Trichosanthus cucumerina

Padúvalám lat.

പടവലം Mal.

Arab.

पोवुल bram.



Trichosanthes cucumerina L. C. gen. 358.

PADAVALAM.

TAB. XV.

PAdávalam duæ ſunt ſpecies, una hujus nominis, altera *Scheru-Padávalam*; prior linguâ Bramannum, *Pouli*; Luſitanorum, *Sabino*; Belgarum, *Kalpert* dicitur, frutex eſt repens ac claviculis ſeſe arboribus affigens, naſcens in arenoſis circa *Mutan* & in aliis locis, florens menſe Junio & Julio, odoris in totum gravis & maleolentis. *Radix* longè excurrit, minus lignoſa, fibroſa & albicans. *Caules* quinquangulati ſunt & ſtriati, parum aſperi, piloſi, aquei, minus lignoſi, hinc inde inflexi, cinerei, teneriores virides. *Folia* quæ petiolis nonnihil piloſis, ex cymis una cum claviculis prodeunt, laciniata, ad petiolum exciſa, texturâ mollia, ſuperficie lenia, breviſſimis ac ſubtiliſſimis pilis obſita, in margine hinc inde parvis apicibus emicantia, coloris in recta parte viridi fuſci. *Coſtæ* albicantes ſunt, in adverſa parte eminentes. *Flores* vel fructubus inſident, vel non, & hi plures congregatim proveniunt, parvi, albi, pentapetali, ſtelliformiter expanſi, venulis paralellis in longum ſtriati, in oris plurimis tenuibus ac candidis filamentis, quæ interiora verſus contorta & criſpa ſunt, obſiti, ſuperne nodulo communi flavo ad unum juncti; illi *ſtylum* habent viridi dilutum, in ſummitate albicantem ac tricuſpidatum, apicibus ſubflavis inſtructum, ex fructu emergentem. *Calyx* quinque habet folia anguſtiſſima, cuſpidata & viridia, inter unguiculos foliorum florum conſita. *Gemmæ* oblongo rotundæ. *Fructus* qui pediculis brevibus, incurvis, viridifuſcis & nitentibus adhærent, oblongo-rotundi, in conum ad imam partem nonnihil inflexum deſinentes; quorum exterior cortex, primum viridis ac nitens, punctulis albicantibus aſperſus, ex apice coni verſus pediculum albis radiis ſtriatus; dein ex flavo rubeſcens. In fructubus cum carne viridi diluta, fungoſa ac ſucculenta, tres ſeminum

 or-


ordines visuntur, carnosis parietibus in longum ductis, qui in vertice coëunt, à se invicem interstincti; in uno quoque ordine quinque vel sex consita sunt *semina* tenera, carne tenui subviridi à se mutuo sejuncta; matura verò sacculis rubris, humidis, laxis inclusa, suntque oblongo plana, ad oras angulata. Decoctum cum saccharo sumtum, digestioni confert, tormina intestinorum, ac alios ventris doloris sedat, phlegmata expectorat, pectoris angustiam tollit; febres minuit, humores attemperat, vermes enecat. Succus expressus idem præstat & vomitum provocat. Radicis succus ad quantitatem duarum unciarum epotus, valde purgativus est, in ipsa accessione febrium quotidianarum ac quartanarum ex pituita provenientium, frigus vel diminuit vel in totum tollit, per vomitum scilicet: stipes in decocto datus phlegmati expectorando conducit: fructus quaquo modo sumti tumores expellunt.

TAB. XV.

Octava hæc species est, quæ non immerito *Balsamina Cucumerina folio amplo, flore candido, fructu glabro ex flavo rubescente*, appellari potest.

SCHE-

Trichosanthes cuspidata



Trichosanthes cuspidata, Lam. Encyc. 357

SCHERU-PADAVALAM.

TAB. XVI.

ALtera ſpecies Belgicè *Klein Kalpert* vocatur, cum prima in totum conveniens, præter quod ſolia, flores, fructus, ſemina in totum ſint minora. Vires etiam omnino eædem.

TAB. XVI.

Nona ſpecies *Balſaminæ* hic quaſi conſpecies *Padavalam* ponitur, ſed folia differunt ut & fructus; hæc enim longa, in margine inciſa habet folia in acutum cuſpidem deſinentia; flores qui fructubus inſident multo majores ſunt, fructus vero minores, & eſt *Balſamina Cucumerina, flore candido muſcoſo, fructu glabro.*

TOTA-

Trichosanthes nervifolia


Tóti-pira Lat.

തൊട്ടിപീര Mal.

Gorínti

गोरटी bram.

طوطي بيرا arab.



TOTA-PIRI.

Trichosanthes nervifolia L. Cogn. 356.

TAB. XVII.

Ota-Piri ſpecies eſt *Tindeli* vel *Milſen* Belgarum, frutex eſt qui circa *Cranganoor* invenitur, florens tempore pluvioſo. *Caules* tenues ſunt, cymis inflexi & parum angulati. *Folia* in cymis pediculis tortuoſis proveniunt cum capreolis, formâ oblongi cordis, ad pediculum excavata, anterius in cuſpidem ſtricta, in oris apicibus brevibus emicantia, viroris in recta parte fuſci, in adverſa diluti. *Coſta* media duas laterales emittit. *Flores* oblongis, viridiuſculis petiolis in ramis proveniunt, pentapetali, anguſti, ſtelliformes, interius candidi, ac in oris oblongis, candidis filamentis, quæ mutuo implicantur, capillati, exterius viridi diluti, venis viridi fuſcioribus nonnihil eminentibus ſtriati, anterius transparentes. Illorum collum, craſſum ac turgens, è cujus medio capitulum teres, oblongum, flaveſcens, angulis in longum ſtriatum, erumpit, nullius odoris, *Fructus* cucumeri formes ut illi *Padavalam*, ſed oblongiores, & pluribus ſeminibus repleti. Ex *foliis* & allio medicamentum conficitur errhinum, pro morbo comitiali. Ex *ſucco* foliorum & oleo 't *Zil-Elu* linimentum præparatur, quo maniacorum tempora ſummo cum ſucceſſu perunguntur. Ex eodem *ſucco* cum *pipere* longo, *zinzibere* & *auripigmento* pilulæ conficiuntur, oculis immittendæ, pro virulento ſerpentis morſu. *Cortex* fructus cum *ſucco* foliorum levigatus, in alienatione mentis, pro ſuffimigio adhibetur, funiculo laneo in illis immiſſo.

TAB. XVII.

Tota-Piri, decima ſpecies eſt, & non incommodè *Balſamina cucumerina fructu viridi ſtriis albis* appellatur.


Bén-pável lat.
Mal.
Dadúla-pagalí
दादूलापागली bram.
Arab.

BEM-PAVEL.

TAB. XVIII.

BEm-*Pavel*; Bramannicè, *Dadula-Papali*; Luſitanicè, *Tapadeira da ſula triſtedodio*; Belgicè, *Avond-bly* frutex eſt qui in *Cranganoor* invenitur, dumeta amans & loca ſilvoſa, ſemper florens & frugens, quorum flores oriente ſole pereunt, ſed ſemper veſpertino tempore novi ſuccedunt. *Radix* oblonga, craſſa, fibroſa, ruffo flava, cum pulpa denſa ex albo flaveſcente, ſuperiori parte ſtrictior, oculum habet, qui radice emortua, ſuo tempore in majorem radicem excreſcit. *Caules* tenues, ſtriati, virides, quadrangulati, geniculati, rigidiores, glabri, ex geniculis claviculos tortuoſos emittentes, intus virides & aquei, filamentis tenuibus, lignoſis ac duris pertexti. *Folia* ex geniculis & claviculis, pediculis, oblongis, tortuoſis, rigidiuſculis, exterius planis ac nonnihil excavatis, viridi aqueis & humidis proveniunt, vel integra vel laciniata, ad pediculum lato ſinu profunde exciſa, in margine cuſpidibus eminentia, vel lenia, quæ viridi clava, vel aſpera, quæ fuſciora ſunt; ſaporis haud amari, odoris aliquantulum gravis. *Coſta* media utrimque tres laterales emittit, in adverſa parte eminentes, rectam ſtriantes. *Flores*, oblongis, viridi dilutis, ſtriatis & rigidiuſculis pediculis, ſeu ſimplicibus ſeu ramoſis in geniculis proveniunt, hecta petali, oblongi, cuſpidati, flavi & lutei, in adverſa parte tribus coſtulis eminentibus obducti, interius tribus venulis ſtriati, ac plicis in longum criſpati. *Stylus* cum ſuo capitulo, plicis ſtriato, ac in plicarum oris croceo, è medio emicat umbilico, albicans & craſſus. *Calix* flaviuſculus ac nitens, florem in interſtitiis foliorum arripit; ſuntque odoris fortis vegeti, haud injucundi. *Gemmæ* conicæ ſunt. *Fructus* nulli. *Planta* cum cortice *Muricu*, *ſandalo*, nigræ teſtudinis concha, ac aqua oryzæ trita, linimentum ſuppeditat, abſceſſus maturans & reſolvens; ſi vero abſ-

que

que maturatione resolvere quis satagat, aquam *Lanjæ*, *apium* ac *sandalum* coctum addere oportet.

TAB. XVIII.

Bem-Pavel etiam species & quidem undecima *Balsaminæ cucumerinæ* est, radice tuberosa, & secundum nostrum Authorem nullos ferret fructus, ast ex omnibus circumstantiis liquet illam ad hoc genus pertinere; fructuum descriptionem quod attinet oblitam esse conjicio.

NE-

Nehoemeka *lat.*

Kavandali *brah.*



NEHOEMEKA.


TAB. XIX.

NEhoemeka; Bramannes dicunt, *Kavandali*; Luſitani, *Nhola*; Belgæ *Slitten*, naſcitur in & circa *Catate* & aliis locis, florens menſe *Januario*. *Radix* fibroſa. *Caules* tenues, angulati, viridi diluti, tortuoſi, claviculis criſpatis inſtructi. *Folia* pediculis longis, craſſis, anterius ſulco ſtriatis viridi dilutis, in caulibus proveniunt, in quinque laciniis anguloſis profunde inciſa, tenuia, mollia, fuſca, ſaporis nullius, odoris grave olentis. *Coſta* media laterales emittit. *Flores* vel cum fructu ſimul, cui inſident, vel ſine fructu proveniunt tetrapetali, viridi diluti, in unguiculis ſtriati & piloſi, maxime in oris; in floribus ſine fructu tria videntur ſtaminula, laciniata, in oris laciniarum limbulo prædità; fructiferi vero unum viridi fuſcum habent ſtamen ex vertice fructus emicans ac trifidum. *Calix* viridi dilutus florem, qui nullius eſt odoris, arcte excipit, pro numero petalorum quatuor vel quinque cuſpidibus conſtans. *Fructus* rotundi, globoſi, glabro cortice, primum viridi fuſci, nitentes, lineis albis in longitudine hinc inde obducti ac maculati, dein ſanguineo rubeſcentes, ac lineis albis remanentibus, poſt ruffeſcentes, & cum ſicci ſunt, ruffo-albicantes. *Semina* in propriis ſacculis continentur, membranaceis, pellucidis, cæruleis, intus aqueo humore, inflatis interſtitiis à ſe mutuo desjuncta, paſſim bina, ſuntque oſſicula cruci formia, clavum oculatum referentia, per cujus oculum ſtylus transmittitur in medio filamento obſitus, ſuperficie non nihil ſcabra & ruffo obſcura. *Foliorum* ſuccus cum lacte vaccino epotus, bilem temperat: cum aqua *Lanjæ*, oleo *Sergelim* & toſti *cumini* pulvere febribus medetur: cum melle & ſaccharo, apprime conveniens remedium eſt contra febres, tuſſim, abſceſſus, internos flatus: cum aqua rubro *Lanjæ* reſpirandi difficultatem minuit, dentes firmat, flatus diſcutit.

TAB. XIX.

Planta hæc *Bryonia* eſt *Ceylanica foliis profunde lacinatis*, ut videre eſt in *Catal. Hort. Acad. Lugd. Batav. D°. Hermanni*, vel ejuſdem conſpecies. Verum author noſter flores tetrapetalos dicit, D°. *Hermans* pentapetalos, forte delineator erravit, aſt reſpectu formæ & augmenti fructuum, ſpeciebus *Balſaminæ cucumerinæ* annumerari poteſt.

MO-


Modékka lat.
മൊടെക്ക mal.
Moin-Cuali
मुंडकवाळि bram.
ماضحیقی Arab.

MODECCA.

TAB. XX.

Modecca quatuor ſunt ſpecies, *Modecca*, *Palmodecca*, *Motta Modecca*, *Ovela Modecca*; prior lingua Bramannum, *Bui-Cuivali*; Luſitanorum *Narola*; Belgarum, *Croeſelingen*, audit, frutex eſt denſa amans nemora circa *Oedampare*, *Candanate* & alia loca, ſemper fere florens. *Radix* longa tres ſpithamas ac duas ferme craſſas evadit, cortice primum viridi & albicante, fibras ſubtus & à latere emittens, intus denſa, humida, albicans, non lignoſa, circulis raparum inſtar ſtriata, ſaporis pene nullius, oculos habet ex quibus novæ propagantur plantæ. *Caules* tenues, viridi-fuſci, rotundi, glabri, brevioribus ſpinis binis & binis ex quibus claviculos ejiciunt, muniti. *Folia* quæ intra ſpinas proveniunt, difformia ſunt, alia in cuſpidem deſinentia, alia in duas, tres, quinqueve lacinias inciſa; mollia, plana, lenia, viridi fuſca, in margine rubro limbo circumdata, paſſim tribus gemmis ſeu oculis in adverſa parte inſtructa, duo ad pediculum qui rubro annulo circumdantur, ſaporis amari & ſylveſtris. *Coſta* media alias transverſales emittit, in utraque parte eminentes. *Flores* plures congregatim proveniunt ac claviculos ejiciunt, pentapetali albicantes, ſubflavi, filamentis in margine veſtiti, ac in longum venulis ſtriati, odoris nullius. *Stamina* in medio conſpiciuntur quinque parva, apicibus albicantibus dotata, in quorum medio ſtylus ſeſe erigit tenuis, qui ex principio fructus exoritur. Calix tria lata & tenuia habet folia. *Fructus* majores ut illi ſecundæ ſpeciei, cortice primùm viridi, dein in totum aurancei coloris, glabri ſine rugis, tribus quatuorve ſubtilibus lyris in longum ſtriati, quæ ſeſe omnes, cum fructus ad maturitatem ſunt perducti, relaxant; intus ſub cortice lata capacitate oſſicula continentes, quæ ſingula, candidâ, argenteâ, pellucidâ, membranaceâ ac apertâ quaſi bursâ, involuta, in tribus quatuor-

ve

ve seriebus disposita, formâ rotundo plana, in medio extuberantia, angustâ orâ circumscripta, superficie in totum aspera & scabra, primò albicantia, dein nonnihil rufo fusca, cortice minus duro, nucleo albo, qui subdulcis est. *Succus* expressus cum lacte *Coci Indici* sumtus angustias pectoris tollit: *Radix* trita cum *Parnenti* & aliis in oleo decocta ac interne adhibita artus corroborat, vires naturales auget; melancholiam abigit, præcipue in mulierculis, ac obsessis.

Modékka-altera Lat.

Mal.

Arab.

तलीदोकावीकजी bram.



PALMODECCA.

TAB. XXI.

PAlmodecca, quæ & conſpecies eſt *Narolæ* cum *Modecca* in omnibus convenit, floribus exceptis, ſunt autem illi oblongo cyathiformi collo, quinque oblongorum cuſpidum, albicantes ac ſubvirideſcentes; in medio quinque emicant *Stamina* viridi ſatura, plana ac folioſa, longis albicantibus pilis capillata; in medio illorum globulus eſt rotundus ex viridi albicans, invertice ſtylum gerens albicantem ac trifidum, in furculis planis, viridi dilutis, granulatis penicillis dotatum; florum petali fragiles ſunt, & venulis viridiuſculis intus pertexti, in fundo capillati, quinque minutis brevibus ſtaminulis prædіti: Nullius ſunt odoris. *Folia* cum aqua *oryzæ* trita linimentum cephalicum perhibent, pro balneo adhibita febres curant algidas.

Mótta-modékka lat.

Mal.

Arab.



MOTTA-MODECCA.

TAB. XXII.

Est & tertia ſpecies, quæ etiam conſpecies *Narolæ* creſcens eodem modo & in iisdem locis poſt *Angecamál*, cum prioribus conveniens, præter quod fructus alii rotundi, alii oblongi ovales ſint; rotundi tribus ſe relaxant ſuturis, oblongi ac ovales duabus. Planta oleo incocta, phtiſicis opitulatur: ex cortice radicis melle permixto linctus contra tuſſim præparatur.

Modecca integrifolia

Orela-modekka Lat.

ഒരിലമൊടെക്ക Mal.

عُرْيلَا مُعْضَاقّحآ Arab.



ORELA-MODECCA.


TAB. XXIII.

ORela-Modecca conſpecies *Narolæ*, belgicè *Kroeſeling*, naſcitur in *Berkencour*, quarta ſpecies *Modecca*, à prioribus non differt, præter quod illarum folia ſint inciſa, hujus non, vel rarius. Oleum per infuſionem cephalicum eſt;cum butyro concocta planta, hæmorroides ſanat: *foliorum* ſuccus partum facilitat.

TAB. XX. XXI. XXII. XXIII.

Species hæc quatuor *Modecca* etiam pertinent inter *herbas pomiferas claviculis donatas*; aſt quoniam cum aliis jam cognitis nullam habeant communionem, per ſe relinqui debent; deſcriptiones enim duarum poſtremarum tam breves & imperfectæ; ut de illis nihil dici queat.

Strychnos colubrina



MODIRA-CANIRAM.

TAB. XXIV.

Modira-*Caniram*; Lusitanis *Pao de solor* vel *Pao da Cobra*; cum *Caniram* in prima parte descripta, in omnibus pene convenit, sed hæc arbor, illa herba, cujus fructus cortice duro, viridi fusco, & pulpâ interiore albicante, ac maturi spadiceo nigrescentes, cum illi *Caniram* miniate rubescant. *Modira* dicitur ob similitudinem mystacum, *Modira* enim mystax est. Natale solum est circa *Mangatti*, *Paroe* & alia loca, semper fere vel florens vel frugens. *Folia* cum *zinzibere* & lacte ad consistentiam unguenti cocta, arthriditem, *Vilvada* Malabaribus appellata, abigit; balneum ex illis præparatum idem præstat.

TAB. XXIV.

Quantum laboris & quot conjecturas herba hæc doctis causaverit, videre est apud *Bauhin. in Pinac. lib. 12. sect. 6.* & *Joh. Bauh. Tom. 1. lib. 3. cap. 147*, est enim hæc *Caniram* secunda species istius generis. Semen quod in duarum harum specierum poma vel fructus continetur, vera est *Nux vomica* officinarum: prima *parte; pag. 67.* inter arbores est descripta, & Author noster primus est qui nobis veram hujus delineationem & descriptionem elaboravit ac dedit. Semina hæc in officinis perquam nota, vocantur enim ibi *Nuces Vomicæ*, belgicè *Kraan-oog*; lignum est ipsissimum *lignum colubrinum.* Fructus *Caniram* apud *Clusium Exot. lib. 2. cap. 9.* delineatus & descriptus sub nomine *orbicularis fructus peregrini*, & apud jam supra citatum *Joh. Bauh. Tom 1. lib. 3. cap. 149.* sub nomine *fructus peregrini granis nucis vomicæ similibus*, plane idem videtur, qui à nostro Authore traditur.


Carelú-vágon Lat.
Mal.
Arab.
bram.

CARELOE-VEGON.

TAB. XXV.

C*Areloè-Végon*; linguâ Bramannum *Sapoéſſi*; Luſitanorum, *Aterluſi*; Belgarum, *Kokerlingen*, herba eſt naſcens in inſula *Baypin*, florens tempore pluvioſo. *Radix* tenuis lignoſa, fibroſa, odoris fortis & aromatici, ſaporis acris & amari, cortice ſub cruſta nigricante flavo ac ligno albo. *Caules* nodulis diſtincti, nec claviculos nec radices emittunt, ſuntque vetuſtiores cortice cinereo, teneriores virides & angulati. *Folia* hinc inde in caulibus, parvis, tenuibus ac viridi dilutis pediculis, interius ſtriatis, ex nodulis proveniunt, oblongo rotunda, cuſpidata, tenuia, ſaporis acris & aromatici. *Coſta* media in adverſa parte, multis eſt comitata nervulis. *Flores* monopetali, oblongo rotundi, exterius viridi fuſci, interius fuſco rubri ac ſurdi, una cum nodo pugionem referunt. *Fructus* oblongo rotundi, in vertice plani, ſex latera habent, quæ ſingula in medio nervo emicant, coloris viridis, in ſex capſulas ſeminales oblongas, quæ membranaceis interſtitiis ſunt diſtinctæ diviſi: plurimas in ſe triangulares, planas, ſubvirides & albicantes teſſulas ſeu laminas continentes, in quibus ſingulis unum planum, & compreſſum ſemen, formâ inſtar cordis humani videtur, coloris flavi ac ruffi; ſaporis ſubamari & acris; odoris aromatici, ut ille zinziberis viridis. Decoctum hujus plantæ cum oleo pro linimento adhibitus venenatum ſerpentum ſanat morſum. *Radix* trita cum aqua ſumpta, vel in decocto data, idem præſtat, febres frigidas, dolores capitis, ventrem tumefactum ac dyſuriam ſiſtit; pro lotione uſurpata dolores podagricos ſedat; pulvis cum pipere trito & aqua calida exhibitus fluxum ſanguinis ſiſtit.

TAB. XXV.

Hæc *Careloe-Vegon* eſt *Ariſtolochia Clematitis*, atque ideo ſummo jure *Ariſtolochia Clematitis Indica*, *flore albicante, fructu majore, appellari* poteſt.

Mo. Bot. Garden,
1893

Bryonia Rheedii Bl.

Pars 8 Tab. 26

Karivi-valli lat.

കരിവിവള്ളി Mal.

gointi

गोइठी bram.

كَارِيْوِيْ وَالّى Arab.



KARIVI-VALLI.

TAB. XXVI.

KArivi-Valli; ſecundum Bramannes, *Gointi;* Luſitanos, *Popinho do Patare;* Belgas, *Karlingen;* naſcitur in ſylvis *Atroparotto*, *Bellango*, & aliis locis, ſemper frondens & vel florens vel frugens. *Caules* tenues, rotundi, virides, leviter ſulco ſtriati. *Folia* in pediculis tortuoſis proveniunt, claviculis comitata, formâ cordis, ad pedunculum exciſa, ſpiſſa & glabra, viroris in recta parte ſaturi ac nitentis, in adverſa diluti. *Coſtæ* in adverſa parte eminent. *Flores* plures congregati ſupra exortum foliorum proveniunt, monopetali, quinque partiti. *Stamina* in medio tria habent albicantia, flavis gemmulis nodulata; nullius odoris. Florum *gemmæ* oblongæ, ſuperne *planæ*, ſtellulam quinque viridi fuſcarum venarum in vertice gerentes. *Fructus* oblongi, anterius cuſpidati, coſtulis eminentibus inſtructi, cucumeri formes, primò virides, dein croceo rubeſcentes ſeu aurancei, carne intus albicante, fungoſa, quæ deinde flava evadit; ſapor ut cucumerum. *Semina* oblongo ſunt & involuta. Integra planta cum foliis *Muricu*, radice *Bel-adambu*, aqua ac butyro recenti trita, abſceſſus aperit. Ex hujus ac *Cadali* foliis ſuccus elicitur, qui *oryzæ* aqua, *Cumini* ſemine, *Zinzibere* ſicco ac *Allio* permixtus & exhibitus, ſanguineam ac purulentam inteſtinorum excretionem, ſanguineumque lotium ſanat. Ejuſdem & *Padda-Kelengu* radix cum pultaceo fructus *Caniram* ſucco trita, maniacorum temporibus ſummo cum fructu illinitur; Eadem cum *Aracambulla* aquæ incocta ac cum butyro & lacte mixta confert in gonorrhæa, dyſuria, Pitao morbo, de quo ſupra, veneno, aliisque ex aduſto bile notis malis: pro ſola gonorrhæa conducit ejuſdem pulvis cum *Sandalo*, radice *Mottengu*, lacte, ſaccharoque commixtus.

TAB. XXVI.

Hæc *Karivi-Valli*, ratione fructuum cum conſpeciebus *Ariſtolochiæ* convenit.


KU-

Convolvulus flavus

Kudici-válli lat.

കുടിച്ചിവള്ളി Mal.

قحوزبجب واللي Arab.



KUDICI-VALLI.

TAB. XXVII.

KUdicì-Valli; ſecundum Bramannes, *Baja-ſajo*; Luſitanos, *Folhas da Coroa*; Belgas, *Kroonblad*, naſcitur circa *Warapoli*; & in aliis locis, florens menſe Septembri, Octobri, Novembri. *Cauliculi* tenuiſſimi, rotundi, virides, lignoſi. *Folia*, capreolis comitata, optimæ ſunt formæ, lilia coronæ Imperatoriæ referentia, tenuia, lenia, viroris in recta parte fuſci & ſurdi. *Flores* pediculis ramoſis, tenuibus, viridi dilutis, qui ad originem foliorum erumpunt, quatuor, quinque vel etiam ſex ſimul congregati proveniunt, monopetali, campanæ formes, in longum venulis, in utraque parte eminentibus, obducti, circa oram coloris flavi & perpulchri, in collo viridi albicantis, nullius odoris. *Stamina* è collo emicant quinque tenuia, oblonga, albicantia, albis inſtructa apicibus. *Stylus* oblongior, valde tenuis & albicans, bifidus, nonnihil nodulatus, cum capitulo albicante. *Calyx* quinque cuſpidata habet folia, florum collum arcte excipiens, coloris viridi fuſci. Florum *gemmæ* plano rotundæ, in cuſpidem ſtrictæ. *Capſulæ ſeminales* quatuor obtuſis ac rotundis angulis emicant, ſuturis eminentibus inter angulos, & per illorum medium obducti, coloris primùm viridi fuſci, dein fuſci nigri. In unoquoque angulo, duo triangulata reperiuntur *Semina*, uno latere rotundo, duobus planis, interſepimento ſejuncta, coloris primò viridi diluti, dein nigricantis. Extra uſum in Medicina eſt.

Cardiospermum Halicacabum



ULINJA.

TAB. XXVIII.

VLinja; Bramannes dicunt *Piru-Dukka*; Lusitani, *Fruita-Bolsa-China*; Belgæ, *Timpen*, herba est florens in principio & sub finem temporis pluuiosi, cujus natale solum est circa urbem *Cochien*. *Caules* latè se diffundunt, claviculis suis tortuosis arboribus se affigentes ac circumvincientes. *Radix* lignosa, hinc inde in bullas turgescens, fibrosa. *Folia* in petiolis propriis, tenuibus, viridibus, striatis videntur, supra tres ramulos spargentes, tria in unoquoque ramulo, incisa ut illa Petroselini, tenuia, lenia, viroris surdi, interius & exterius subtilibus costulis striata. *Flores*, supra ex origine petiolorum foliaceorum oriuntur, in propriis pediculis perinde ac folia, qui duas tenues, breves, valde intortas ejiciunt claviculas, supra quarum exortum, se in tres findunt ramulos, terni in singulis ramis, suntque parvi, octopetali, quorum quatuor exteriores oblongo rotundi, in latum expansi, in totum candidi, interiores angusti, surrecti, quorum duo qui se mutuo adjacent, in superiore parte flavi ceu crocei, quatuor viridibus substringuntur foliis, ac illorum duo oblongiora sunt & foliis exterioribus candidis æqualia; duo contractioria. *Stamina* in iis conspiciuntur octo, candida, tenuia, apicibus albis subflavis nodulata. *Stylus* in medio crassus, viridis, angulatus, in vertice stellula albicante tricuspidata signatus. *Capsulæ seminales* folliculi sunt virides, plano triangulares, qui inflore ipsum folium constituunt, singuli anguli nonnihil in latus excurrunt, in medio sutura obducti, ac per membranas inter medias stylo medio affixi, in tres loculos distincti, invertice tricuspide parvo, rubro dotati, ad pediculum quatuor parvis foliolis succincti. *Semina* in iis terna, in unoquoque loculo, unum, angulis suis quam firmiter stylo medio annexa, suntque rotunda, primum viridia, dein spadiceo ni-

nigra, ultimò nigra, ac si atramento essent suffusa, ad ungulam semilunula albicante signata. Planta cum aqua trita & affectæ parti illita, arthritiditem curat & artuum ex frigore rigiditatem. Ex foliis succus elicitur, & cum oleo foliorum de *Enfermo* ceu *t'ZitAvanacu* mixtus, alvum ciet: idem tepidus cum successu arthriticis propinatur; cum nigro *Cumini* semine puncturam ex cardialgia ortam abigit. *Folia* trita tussi medentur; cum impuriore saccharo mixta, & in oleo concocta, oculorum vitiis succurrit.

TAB. XXVIII.

Planta hæc est *Halicacabum peregrinum multis*, sive *Cor Indum Lobelii*, & *Joh. Bauhini*; vel *Pisum vesicarium, fructu nigro, alba macula notato*, *B. Pinac.*


Nága-válli vel Mandaru-válli lat.

[illegible] Mal.

Serpata-válli

सरपवाली. bram.

[illegible] arab.




NAGA-VALLI
Vel
MANDARU-VALLI.

TAB. XXIX.

N*Aga-Valli* vel *Mandaru-Valli*; Lusitanicè, *Trapadeira da Cobra*; Belgicè, *Aalclim* vocatur; herba est quæ nec floret nec fruget, semper virens circa *Mangatti*. *Folia* in surculis viridibus, striatis, qui & ad exortum & superne extuberant, proveniunt, in medio ad extremitates bifida, anterius duobus cuspidibus oblongis, angustis eminentia, tenuia, lenia, viroris communis. *Costa* media in utroque latere tres emittit laterales, rubescentes, suntque folia saporis subastringentis, ac tenera sanguineo rubescunt, foliis *Belutta Mandaru* quàm simillima. Planta hæc cum *lacte* & recenti *butyro* trita ac capiti inuncta cephalalgiam, ac cum nares tum oculos corrodentem catharrum edulcorant: *Gemmæ* cum *minio* & *alumine* mediante *Oryzæ* lotura in pilulas formantur pro oculis ex cephalæa tumentibus & inflammatis; cum succo *Carìmbolæ* contritæ parotides internosque glandularum tumores imminuunt; *Radix* cum aqua *Oryzæ* & *butyro* recenti pro frontale adhibita idem præstat.



Nága-mu-válli lat.
mal.
Pezpata-válli
bram.
arab.


Pars 8
Tab. 32
Nága-mu-válli lus.
نَكَّ مُوْ وَلِّي Arab.

NAGA-MU-VALLI.

TAB. XXX. & XXXI.

Naga-Mu-Valli, à Lusitanis, *Bastao de jogi*; Belgis, *Bedelhoud*, vocatur, nomen traxit à serpente qui lingua Malabarica *Naja* dicitur, eo quod stipites serpentino ductu sinuantur, suntque Jovi sacri, quos in itinere secum ferunt; nascitur in terreo & elato solo circa *Tirthour*, *Berkencour* & alia loca, semper progerminans ac longè à radice arbores transcendens, flores vero nec fructus unquam deprehendi possunt. *Folia* in petiolis oblongis, viridibus, tenuibus, ad exortum & superiorem partem majori crassitie extuberantibus, proveniunt, suntque uti folia *Mandaru* ad pediculum, ut & anterius in medio profunde incisa, & duobis angustis cuspidibus eminentia, texturâ tenuia, superficie lenia, viroris in recta parte fusci & nitentis, in adversa dilutioris & surdi. Costarum figura ut & propagatio jam præcedenti tabulâ sunt descripta. *Stipites* complanati, lati, septem, vel octo ferme digitos transversos, ac pollicem plus minus crassos evadentes, sinuati, extuberantes, ac frequenter superne ex convexa parte, surculos ramosos, qui foliis vestiuntur, emittentes, ac etiam hinc inde spinas oblongas, supra furcatim divisas, ac annulatim seu barbatim intortas; primum virides sunt, vetusti ligno durissimo ac cortice crasso & valde duro, russo fusco & lignoso, tam arcte ligno agglutinato, ut nullo modo deglubi queat; suntque præterea secundum longitudinem hinc inde fissi, spinis quoque duris & lignosis instructi. Ramus hujus plantæ à doctissimo D°. *Paulo Hermans*, in celeberrima Leidensium Academia Botanices Professori celeberrimo, asservatur. In Medicina ignoti est usus.


TAB. XXIX. XXX. XXXI.

Cum duorum horum generum *Clematitis* nec flores nec fructus sint inventi, difficile dictu inter quas pertineant species.

PE-

Acacia scandens Spreng. hist. 2.89

Entada Pursaetha L.



Pars 8 Tab. 32

Perim-káku-válli lat.

പെരിംകാക്കുവള്ളി mal.

garáil

गारायरा bram.

بهريم قحاقو والي arab.


Perim-káku-válli lat.


പെരിംകാക്കുവള്ളി Mal.

Garaïl

गाराइ bram.

قُرِيم قَاقُو وَلِّي Arab.




Perim-káku válli lat.
mal.
garáil
bram.
قريم قاقو والي arab.

PERIM-KAKU-VALLI.

TAB. XXXII. XXXIII. XXXIV.

PErim-Kaku-Valli, Lusitanicè & Belgice *Gairo* audit, herba est nascens post *Mangatti* & in aliis locis, semper virens, & fructus vel maturos vel immaturos habens; ob usum fabarum quæ alvum & vomitum promovent inter mercaturas numeratur. *Stipes* immani fit crassitie, quinque hominum amplexus implens. *Rami* transversi longè latèque super arborum vicinarum fastigia repunt, primò virides, dein nigricantes. *Folia* in surculis communibus viridibus, qui ad exortum ventre extuberant, ac interius sulco sunt striati, geminata & in duabus proveniunt seriebus, oblongo rotunda, uno latere, quod à petiolo medio aversum, latiori & rotundiori, texturâ parum tenuia & rigidiuscula, viroris in recta parte saturi, in adversa diluti, saporis sylvestris. *Costa* media viridi-albicans utrinque eminet ast maximè in adversa parte. *Flores* conferto proveniunt numero omni ex parte surculo circumpositi, ac sibi mutuo valde vicini, præcipue cum in gemmis sunt, quæ se in quinque aperiunt folia, stelliformiter cuspidata, viridia. *Stamina* ex illis emicant decem oblonga, apicibus viridibus instructa, quæ deinde pallidè flavescunt, ac postea crocea suffunduntur colore. *Stylus* inter illa brevis ac rubeus se offert; suntque flores odoris grati, mellini, qui ad fastigium surculorum consiti, diutius in gemmis clausi manent, inferiores prius aperiuntur. *Flores* hi, utut parvi, & à communi forma florum fabaceorum recedentes, dant siliquas illas prægrandes; ast cum maxima parte decidant, ac nullum in iis siliquarum appareat rudimentum, hinc diu dubitatum utrum falsi sint nec ne, sunt autem hæ siliquæ, quæ in ramis pediculis crassis, lignosis dependent, immanis magnitudinis, longitudinem quinque, sex septemve pedum, latitudinem palmæ adæquantes, rectæ vel passim tortuosè annulariter, aliisve modis inflexæ, duo

complanata habentes latera, & in utroque latere crassa costa præcinctæ, foras cochleata cavitate extuberantes, striatæ, odorem florum *Kaida* spirantes, quarum cortex viridis si vulneretur, resinosum, pellucidum ac candidum gummi exsudat; cum siccæ sunt, cortex durus, lignosus, corneus ac cinereo nigricans est, exterius transversis striatæ sulculis, in utriusque limbi parte instar atramenti nigerrimæ, glabræ ac nitentes. Longo hæ siliquæ tempore ramis adhærent, ac etiam in illis visuntur, cum surculos de novo floriferos ejiciunt. *Fabæ* in una siliqua triginta, plus minus, singulæ in suis loculis continentur, per intersepimenta transversa sejunctæ, convexo limbo, siliquæ ad angulum loculi sui inferiorem, filamentis longis adhærentes, nucleum habent album, cujus pulpa dura, densa, pinguis, oleosa: teneriores fabæ corticem habent candidum & nitentem, ac valde crassum, venis minutis concellatim condense pertextum, cujus sapor astringens; pulpam intus candidam, aqueam, in duobus lobis divisam, saporis aquei sylvestris, subamari, intra lobos oculo præditæ; siccæ multo sunt contractiores, & suturis mediis laxatis seu ruptis se solvunt, inter nuclei lobos larga cavitate turgentes.

TAB. XXXII. XXXIII. XXXIV.

Inter omnes species *Lobi* adhucdum cognitas, hæc maxima est, à nemine ante hac descripta. Semina vel fabæ tanta copia inveniuntur, ut totæ naves cum illis onerari possint, ad varios adhibentur usus, planæ similes descripsit nobis doctissimus *Clusius*, *Exot. lib.* 3. *cap.* 8. sub nomine *Lobi crassi, ex insula S. Thomæ*, & refert quod ob cordis figuram à nonnullis *Cor S. Thomæ* vocatur, sed magnitudo nimium differt; ut & *Joh. Bauhinus, tom.* 2. *lib.* 17. sub nomine *Phaseoli novi orbis* sive *Fabæ purgatricis latissimæ variatio longioris.*

NAI-

Dolichos pruriens

Mucuna pruriens



NAI-CORANA.

TAB. XXXV.

NAi-Corana; ſecundum Bramannes, *Guilo;* Luſitanos, *Fabas Cuſeira;* Belgas, *Maagde Kruyt*, floret menſe Julio & Auguſto, circa *Mangatti*, *Poiga* & alia loca. *Radix* fibras ſuas capillatas latè ſupra arenam diffundit, cujus cortex albus, infuſcatus, filamentis lignoſis minus arcte contextus, odoris gravis & aliquo modo acuti. *Caulìculi* rotundi, glabri, claviculati. *Folia*, quorum pediculi longi, glabri, rotundi, claviculati, terna congregatim proveniunt, oblonga, in cuſpidem contracta, valde tenuia, ſuperficie plana, glabra, raris ac minutiſſimis pilis obſita; medium haſtæ ſimile eſt; lateratila ferme duplo latiora ſunt ac magis incurvata. *Coſta* media etiam in recta parte nonnihil eminet. *Flores* papileonacei, tetrapetali, difformes, quorum unus unguliformis, rigidus, transparens, venulis in longum ſtriatus, dorſo extuberante, ac cum ſtylo, qui ad dorſum aecumbit ungulam conſtituens, duo ad latus angulum amplectentes, ſurrecti ſunt, oblongo anguſti, venulis in longum ſtriati, unâ parte ora parum rotundiori, colore purpureo-rubicundo-fuſco: quartus ad quem ungula cum roſtro inflexa eſt, brevior eſt, rigidiuſculus, latus, unguiculas cæterorum ſuccingens, purpureo albicans, odoris nullius. *Stylus* qui in ungula continetur craſſus, theciformis, albicans, in tenuia fiſſus ſtaminula, flavis apicibus, lingulisque in vertice dotata, in parte verò concava tenui lira ſtriatus, tenui, libera, albicante ſtaminula obducta, quæ ſtylum transmittit albicantem ac piloſum, è rudimento ſiliquoſo oblongo ac viridi originem trahentem. *Calix* quatuor cuſpidata, viridi diluta & difformia habet folia; maximum, breve florum folium, arcte ſubſtringit; duo anguſtiora ſunt & minora, etiam unguiculas foliorum arcte complectentia; quartum laxum eſt cum cuſpide longiori, folia ſurrecta ad dorſum ungulæ excipiens. *Gemmæ*

flo-

florum cuſpidatæ. *Siliquæ* quatuor ferme pollices longæ, & digitum latæ, ad originem & ſummitatem in contrarias partes intortæ, parum planæ, ſuperficie exteriori in totum villoſæ, ſeu pilis denſis, longis, tenuibus obſitæ; urticarum inſtar non modo pruritum excitantes, ſed etiam ſupra illas pungentes & ardentes, qui ardor non facile, niſi herbam *Thumba* pro antidoto adhibeas, tollitur; coloris ex una parte arancei ac nitentis, ex alia aranceo virideſcentis. *Semina* ſeu fabas in ſe continent quinque vel ſex, æquæ latas ac longas, à ſe invicem interſepimentis deſtinctas, oblongo ſunt anguſtæ, loculis ex latere adhæreſcentes, coloris primum viridis, dein nigricantis ſurdi, ſaporis ſubamari. *Radix* decocta & aſſumta urinam promovet; cum oleo concocta dolores arthriticos ſedat; morbum ſacrum, facta perunctione ſanat; cum radice *Cocinil* & oleo inſigne remedium eſt pro urina purulenta: *Folia* trita & appoſita, ſummo cum ſucceſſu in ulceribus adhidentur. *Fabæ* comeſtæ motus excitant venereos.

TAB. XXXV.

Phaſeolus hæc planta *Zurattenſis* eſt *ſiliqua hirſuta, pungente*, *Cobuge* dicta, *Raji Hiſt. Moriſon. hiſt. part.* 2. *fol.* 69. Doctiſſimus *Rajus hiſt. plant. lib.* 18. *cap.* 1. de viribus hujus plantæ, hæc habet. *Hujus plantæ ſiliquæ duodecim, in duobus cereviſiæ ſextariis infunde, & infuſum proprina, ad quartam ſextarii partem ſingulis matutinis, certiſſimum eſt hydropis remedium. Communicavit* D°. *Husbands Eques auratus, qui in inſula Barbados aliquot annis vixit, ejusque ſæpe in ſervis ſuis Æthyopicis experimentum fecit.*

KAKU-

Kaku-valli lat.
க கூவ ஓஓ mal.
Cairóli
काइरोळी bram.
قَحاقحُو وَلّي arab.



Mucuna gigantea

2. Dolichos altissimus

2 Dolichos altissimus Jacq. am. 261

KAKU-VALLI.

TAB. XXXVI.

K*Aku-Válli*, lingua Bramannes, Luſitanorum, *Faba Coſeira*, Belgarum; *Groot Maagdekruid*. Naſcitur circa *Parou* & in aliis locis. *Radix* craſſa, fibroſa, lignoſa, cortice craſſo flavo ac cuticula nigricante obducto, ligno albicante in circulos ſtriato, à ſtriis rectis, ex circulorum meditullio intreſtincto. *Stipes* hominis craſſitiem æquans, cortice craſſo, fuſco cincreſcente in gummoſum, ruffum, glutinoſum liquorem, ubi inſectus exſudante; rami rotundi glabri, virides. *Folia* in petiolis oblongis tenuibus viridibus qui ad exortum extuberant terna proveniunt, ſuntque oblonga anterius cuſpidata, ſpiſſa, craſſiola, glabra, viroris in recta facie ſaturi & nitentis in adverſa diluti: folia lateralia latere quod à medio averſum, latiori. Cum Coſta media, quæ coſtas transverſas emittit ex petiolo utrinque una coſta exit, in adverſa maximè eminentes. *Flores* fabacei, tetrapetali viridi diluti transparentes ac rigidiuſculi, unum folium brevius eſt & latius, oblongorotundum & venulis ex unguiculo lato nonnihil ſtriatum, reflexum, alterum ungulatum cum roſtro folio latiori obverſum; duo folia anguſtiora ad latus ungulati folii conſita, falcata, ſurrecta, cum ora rectiori folio latiori obverſa, ac interius velut inflata; ſuntque flores in foliis colore viridi-diluto, in dorſo ungulæ exterius albicantes ac parum nitentes, odore nullo: intra ungulatum folium ſtylus eſt albicans theciformis, verſus folium latius inflexus, parte ſuperiori in novem ſtamuncula, quæ apicibus flavo fuſcis, ſurrectis dotata ſunt, fiſſus, ad concavam partem ubi ſulcatus lyra tenuè ſtamine libero adjacente, quod ſuo apice nodulatum obductus. Ex medio *Stylo* emicat filamentum tenue viridi albicans ex rudimento ſiliquæ quod in umbilico calicis eſt prodiens ac ſupernè capitulo craſſo oblongo viridi fuſco, piloſo ac ni-

tente nodulatus. *Calix* laxus profundiolus parte qua folium latius eſt, arctius ſubſtringens,& hinc inde ex altera parte arcuatis oris in cuſpides breves ſinuatus, colore viridi diluto & exterius longiuſculis flavorubris aut fulvis nitentibus ac decumbentibus pilis, qui facile deteruntur, obſiti: *Gemmæ* florum oblongæ ac cuſpidatæ, calice fulvo obtectæ. *Siliquæ* longiuſculæ longitudine unius ſpithamæ, latæ tres pollices, pede ſtricto, arcto è calice laxo prodeantes; ſuntque compreſſæ in oris ad ſuturas quatuor alis, in ſingulo latere unâ, ſtrictæ, cortice viridi, ac denſis longiuſculis, fulvis, nitentibus ac decumbentibus pilis densè obductæ, cum teneriores ac digitum plus minus longæ, in pilis fulvi aurancei, cum vetuſtiores fulvi ac ſpadicei, intus carne viridi diluta ceu albicante, ſuntque hæ ſiliquæ ut & folia calicis, ac petioli admodum piloſi inſignem accerimumque pruritum excitantes: ſiccæ glabræ ſine pilis ac cortice nigricante, & interiori corticula quæ præ ſiccitate laxatur ſpadiceo dilutæ & nitentes. *Semina* rotundiola & plana ſunt, jacentque tria, quatuor quinque in una ſiliqua in latis loculamentis, quæ interſepimentis carneis a ſe mutuo diſtincta ſunt, circumdata maxima parte in ora ungula viridi, quæ ſuturæ ex qua ungula procedit firmiter adhærent, cortice craſſo, primum albicante, ſubflavo, nitente, dein ſpadiceo rubro ac nigreſcente, intus pulpa candida, denſa; tria horum ſeminum comeſta mortem adferunt: In ſiliquis ſemina minuſcula albicantia ceu candida capacitatem loculamenti tantum ex parte implere primum conſpiciuntur, reliquam partem vacuam relinquentes. Hujus plantæ virtus in Arthritide conſpicua eſt: ejuſdem *folia* gravidas mulieres a capitis vertigine liberant, quippe & in aqua orizæ decocta ſuperfluos humores exſiccant: illius *Cortex* cum zinzibere ſicco, fructuque *Caringolæ* contritus & in oleo *foſule de Enferno* ac *Bepu* coctus oleum elargitur, quod medullæ ſpinali inunctum icheumata ac nocivos catharros compeſcit: Ejusdem *nucleus* rejecta interiori cuticula vaccino lacte ac butyro recenti coquendo permiſcetur in Unguenti conſiſtentiam, contra puſtulas

&

& ulcuſcula in mulierum præſertim pudendis prodeuntia; Idem cum planta, *Felis Oculis* dicta in Orizæ lotura & ebutyrato lacte decoctus unguentum contra articularem morbum præbet; Idem efficit *radix* ſi cum radice *Carimbolæ* & *Caniram* ac foliis *Muniæ* in linimenti forma uſurpetur; vel ſi cum *Tamarindorum* cortice & *zinzibere* ſicco pulveretur, atque primo lactis ſero, dein ſimul oleo *Bépu* incoquatur ad linimentum.

TAB. XXXVI.

Conſpecies hæc planta eſt præcedentis, ſed omni ex parte major; atque ideo *Phaſeolus Indicus ſiliqua majore pungente*, ſummo jure, meo judicio appellari poteſt.

PUT.

Pútsja-paerú *Lat.*

Mal.

mugí

brum.

پوچيا پايرو *Arab.*



PUSTJA-PAERU.

TAB. XXXVII.

EST ſpecies *Paeru*, lingua Bramannum, *Mugi*; Luſitanorum *Fabas Cuſeira Pequeno*; Belgarum, *Klein Maagdekruid*, naſcitur in *Angicacmal* & aliis locis, ſinuoſis ramis ſe vinciens. *Radix* fibroſa, lignoſa, albo-ruffeſcens. *Caules* ac rami tenues, pampiniformes & cymis ad diverſas partes reflexis, virides, pilis veſtiti, ac ad tactum ſubaſperi. *Folia* terna numero in petiolis viridibus, rigidis, piloſis ac ſpithmam ferme longis, qui ad exortum ventre craſſo, aqueo, viridi diluto extuberant, ac interius ſulco ſtriati ſunt, proveniunt pedunculis brevibus, craſſis, ſuntque cuſpidata, contextura tenuia, lenia, raris pilis in utraque parte obſita. *Coſta* media laterales habet, utrinque eminentes, maximè in adverſa: Medium folium lateribus eſt æqualibus; quæ ei lateralia, latere averſo magis dilatato ſunt, per quod coſtulæ tranſverſæ ex petiolo excurrentes altius aſcendunt, quam quæ per latus decurrunt. *Flores* ſunt fabacei, coloris flavi, tetrapetali, quorum unum folium latius, rotundum & ex viridi magis flaveſcens, duo quæ folium ungalatum ad latus amplectuntur anguſtiora & magis ſaturè flava, & dilutè virideſcentia: folium ungulatum magis ex flavo albicans ac ſe in duo folia velut findens; odoris expertes. *Stylus* ungulatus albicans ac nitens, ſupernè in decem *ſtamina* fiſſus, quæ flavis rotundis gemmulis dotata ſeu nodulata ſunt, in ſe continens germen ſiliquoſum cum filamento viridi, quod ex vertice emittit. *Siliquæ* rectæ, anguſtæ, duos treſve pollices longæ, longiuſculis, hirſutis, ſubaſperis pilis albicantibus obſitæ. In hiſce ſiliquis parvæ *fabæ*, oblongæ, teretes continentur, in tractu longitudinis cum ſua longitudine ſitæ, ac interſepimentis membranaceis ſejunctæ, decem plus minus in una ſiliqua, ſuntque primum viridi

flavescentes, siccæ spadiceo fuscæ, nitentes, gustu haut dissimiles ciceribus communibus, siliquæ siccæ exterius in corticè planè nigricant ac interius spadiceo diluti sunt coloris. Integra hæc planta cum quatuor *Alu* speciebus contrita atque in lotura orizæ *Patsjeri* (Oriza Patzejri oblonga teretia simul ac pinguia habet grana, multæ enim sunt orizæ species ex quibus hæc quidem maximè apud Malabares usui Medico inservit) ac sero lactis addito melle in linimentum decocta exanthemata tollit: Cum nigro *sale* oleo *Foule de Enferno* mixta ptoram, pruritumque fugat: Cum vaccino *lacte* trita atque vel potiunculæ vel linimenti forma usurpata, morsus glirium & scorpionum malignitatem prepedit, endemiumque testium tumorem duritiemque minuit. Ramusculorum cortex cum *Mangeræ*, *Ambalangeræ* cortice contritus & in aquari *orizæ* decoctus atque ita spinali medulla illitus arthritidem eradicat, atque gonorrhææ virulentiam pellit, si cum *Mirabolanis*; radice *Mottenga* aliisque lotura, *oryzæ* ac melli ad Cataplasmatis consistentiam coquatur. Eadem porro miscella foliis *Perigil* addita, argilla obducta atque inter carbones torrefacta oleum effundit contra lepram & phagædemica ulcera: *Radix* autem cum foliis *Pavettæ*, *Hummatuque* trita succum stillat qui cum oriza *Patsjari* in cataplasma componitur ad lancinantes testiculorum dolores mitigandos; vel cum radice *Peragu*, tenellis *Peralii* foliis, ac virente *Curcuma* in lotura *orizæ* decocta, hæmorrhoidibus adversatur, quas si comitentur ulcera, sinuosa licet, commiscetur hæc radix *Zinzibere* sicco, *Calamo* aromatico, *Melle* atque *Cumini* semine tosto pro haustu: triturata porro eadem cum floribus *Tsjem-pariti* utroque *Sandalo*, foliis succoque *Betel* lentiginem, alphum, melamque delet, quod si successu careat adjungitur fructus *Tageræ* ac *Cynoglossæ* succus.

Tab. XXXVII.

Patsja Paeru, omnium est minima, ac etiam cum maxima à nullo, quod sciam, antea Authore descripta, quam ab hoc nostro, atque ideo de illis nihil vel ulterius indagari vel dici potest.

SCHAN-

Clitoria Ternatea L.

Pars 8 Tab. 38


Schanga-cuspi lat.

ശംഖുപുഷ്പം Mal:

چَنْغُوپُشْپَمْ arab.

gocarni

गोकर्नी bram.



SCHANGA-CUSPI.

TAB. XXXVIII.


SChánga-cuſpì; lingua Bramannum *Gocarni*; Luſitanorum, *Fabas de Brhamanne*; Belgarum, *Smalt kruid*, naſcitur in campis circa *Warapoly*, ſemper florens; quæ etiam in Horto Medico Amſtelodamenſi excolitur. Cauliculis palmitum more currentibus ſe affigens. *Radix* brevis, tenuis ac fibroſa eſt & albicans. *Cauliculi* tenues, rotundi, lignoſi, nodulati, viridi-clari cum teneriores ſunt, piliſque minutiſſimis rarioribus obſiti. *Folia* bina & bina proveniunt in ſingulis ſurculis ceu ſurculorum ramulis, paſſim tria, paria, cum uno in vertice, quorum bina quæ cauliculi proxima, nonnihil minora reliquis, quod in ſummitate autem majus eſt; forma ſunt rotunda, parum oblonga ac anterius rotunda ora, tenuia, mollia, utraque parte pilis minutiſſimis ſed raris obſita, ſubaſpera, colore in parte adverſa viridi-claro. E *Coſta* media coſtulæ utrinque quinque vel ſex oblique anteriora verſus exeunt, utraque parte eminentes. *Flores* ſupra folia ex nodulis ſurculorum proveniunt, albicantes, fabacei, conſtantes foliis quatuor, unum unguliforme ſubviride cum ſtylo quem complectitur ungulam conſtituens, duo ſurrecta ungula intermedia arcte complectuntur, colore ſubviridi, in longum coſtulis exterius ſtriata ac coſtula media viridi eminente,è qua hinc inde coſtulæ excurrentes oblique & annulatim reflexæ in oras incurrunt tractuum ſuorum lyras in recta parte relinquentes; quartum folium, quod exterius eſt & verſus quod ungula inflexa,grandiuſculum ac rotundiolum ac verſus exteriora nonnihil inflexum, in exteriori ſuperficie ex petiolo ceu calice inſtar ungulæ equinæ excurrens & ungulam cum duobus foliis lateralibus circumplectens; nullius ſunt odoris. *Stylus* viridis quem ungula in ſe occultat ſuperius in filamenta de-

decem, quorum ſingula nodulis ſubflavis dotata ſunt, ſe dividit, in ſe recondens filamentum quod in ſummitate pilis barbatum eſt, ac ex germine ſiliquoſo prodit. *Calix* quinque foliorum *Siliquæ* longiuſculæ, anguſtæ: *fabæ* oblongæ ſunt & nonnihil compreſſæ, cum ſua longitudine conſitæ in longitudine ſiliquarum, quarum ſaturæ ad unam partem cum ungulis lateralibus adhærent, ſuntque primum viridi dilutæ, maturæ ac ſiccæ coloris cinerei ac nigris punctis conſperſæ. Eſt & alia ſpecies *Schanga-cuſpi* in nullo alio differens niſi in colore florum, qui cæruleus eſt. *Succus* ex eo expreſſus ac cum oleo de *Schirgelim* epotus vomitum excitat; ejus *Radix* trita & epota cum aqua calida ventrem laxat. Reliquæ virtutes ut illæ præcedentis plantæ.

TAB. XXXVIII.

Schanga Cuſpi eſt *Flos Clitorius Tarnatenſibus Breyni. Centur.* I. Aſt hæc noſtri Authoris flores habet albos, & varietas in colore tantum conſiſtit, cum utraque detur ſpecies. Pertinet hæc planta inter genera *Phaſeoli.*

KON-


Abrus precatorius L.
Kónni Lat.
Mal.
Ratená-gundi
रतनगुडी bram.
كُونِيْ Arab.

KONNI.

TAB. XXXIX.


KOnni; Lusitani dicunt, *Fruita Contsji*; Belgæ, *Ronde Weeg bónen*, secunda species est *Mangielin*, nascitur circa *Cochien* & per totam *Malabariam* florens mense Augusto. *Rami* virides, ligno albicante. *Folia* in petiolis viridibus, qui ad exortum ventre viridi diluto extuberant, & interius lato sunt striati sulco, geminata ac in duabus proveniunt seriebus, oblonga, rotundâ orâ, texturâ tenuia, mollia, superficie plana, lenia, glabra. *Costa* media in adversa parte leniter eminet. *Flores* fasciati videntur, papilonacei, rubescentes, ad dilute ad persicum vergentes, tetrapetali; quorum unum foliolum lato rotundum, internè circa medium sature rubescens, alterum ungulatum angustum, cum rostro versus folium latius inflexum; duo reliqua angusta, surrecta, folium ungulatum ad latus complectentia; odoris nullius. *Stylus* in medio theciformis, ungulatus, candidus, nitens, in staminula, flavis apicibus nodulata, fissus, ac stamen breve viridiusculum includens. *Calyx* rotundus cyathiformis, viridi albicans ac subrubescens. *Siliquæ* oblongæ sunt, rectæ, ad latera compressæ, virides, maturæ flavescentes; odoris grati. *Fabæ* quæ in iis continentur, membranaceis intersepimentis à se invicem sunt sejunctæ, suturæ superiori umbilico adhærentes, rotundæ, duræ, coralline rubescentes, ac macula nigra semilunulata variegata. *Folia* cum *Calamo Aromatico* cum aqua trita vel oleo incocta, lancinantes ex pituita salsa & acri ortos dolores sopiunt. Eorundem pulvis insolatione tostus & cum saccharo deglutitus, acriorem mitigat tussim. *Succus* expressus membrorum dolores ex frigore ortas abigit, crassos lentosque humores discutit, si cum lacte vaccino, oleo *Sergelim*, *Pipere* longo & *zinzibere* ad linimenti consistentiam redigatur. *Radix* cum *Cumino* in aqua lævigata & assumta, tenacem intestinorum

pituitam incidit ac corrigit. *Fructus* radici admixtus cum lacteo *Nucis* Indicæ ſucco, hæmorroidibus adverſatur.

TAB. XXXIX.

Konni magna ſpecies eſt *Abri*, à nemine antea deſcriptus; atque ideo meo judicio *Phaſeolus alatus major, fructu coccineo, macula nigra notata*; apud Indos etiam *Anacok* vocatur; ſub quo nomine planta hæc mihi A°. 1685. ex *Sirinama* eſt transmiſſa. Tres hujus plantæ inveniuntur ſpecies, quæ omnes ex prædicto venêre loco; illa nempe quæ hic deſcribitur; altera *Phaſeolus alatus ſive Abrus minor fructu coccineo, macula nigra notata, Moriſon*; tertia, *Phaſeolus Siranamenſis trifoliatus, fructu minimo ſtriato, coccineo colore, macula nigra notata, perennis*; quæ hodie in *Hort. Medic. Amſtelod.* videre eſt.

ANA-


Ána-mullú lav.
Mal.
hasti-cantó
bram.
Arab.
Pars 8 Tab. 40.

ANA-MULLU.


TAB. XL.

ANa-mullù; lingua Bramannum *Hasticantò*; Lusitanorum, *Fabas Turquesca*, Belgarum *Maanbonen*; cujus natale solum est *Teckenkour* & alia loca, florens tempore pluvioso, semper virens. *Radix* crassa, lignosa, fibras spargens, cujus cortex spadiceo dilutus, odoris suavis aromatici. *Stipes* pedem ferme crassus, cortice crasso cinereo, ac velut calce hince inde consperso sub crusta cinerea viridi, ligno albicante duro, ac omni ex parte, maxime autem in pede spinis munitis numerosis, quæ quinque sex vel etiam plures simul ex tuberculis emicant; spinæ autem rectæ, lignosæ, duræ, cuspidatæ, quatuor pollices etiam longæ & pollicem quoque crassæ evadentes, cuspide interdum inflexo ac intorto. *Surculì* ac rami ex stipite enascentes, tenues, spinis brevibus ac rarioribus obsiti, cum vetustiores nigricantes, teneri viridi-fusci. *Folia* proveniunt in surculis viridibus, tenuibus, qui quinque sex pollices longi, ac pilis brevissimis leviter obsiti sunt, & hinc inde ex ramis ac etiam spinis emergunt, brevibus rotundis pedunculis in duabus seriebus hinc inde appendentia; parva sunt, oblongo-rotunda, in medio anterioris oræ sinu parvo passim incisa, majuscula, quæ ad extremitatem surculi sita unum digiti articulum longa, pollicem ferme lata, contextura densa, superficie plana, glabra, virore in recta fusco & nitente instar *Velutì* ceu holoserici ob subtilissimam pilorum decumbentium lanuginem in adversa dilutiora; odoris nullius, saporis hortensis, cum teruntur fabacei. In medio una tantum est costula in adversa parte eminens. *Flores* umbellati in superioribus ramis supra ex origine petiolorum foliaceorum proveniunt, suntque parvi, papilonacei & candidi. *Stylus* ungulatus theciformis, qui folio cavo ac-

accumbit, viridi-dilutus, ſuperne fiſſus in filamenta, quæ croceis apicibus nodulata ſunt, filamentum viride quod ex ſiliquæ germine prodit, per ſe transmittens. *Calyx* qui florem excipit arctus brevium cuſpidum; flores odoris grati, ſed debilis. *Siliquæ* digitum aut amplius longæ, rectæ, unum aut duos pollices latæ, valde compreſſæ, lateribus oppoſitis arcte junctis, viridi dilutæ, venulis reticulatis ſtriatæ, in oris viridi fuſcæ. *Fabæ* quæ in ſiliquis arcte conſtrictæ valde planæ, oblongæ & lunulatæ cum ſua longitudine in longitudine ſiliquarum, ac ferme in medio laterum conſitæ, ac in medio concavæ oræ viridi uncinulo prominenti firmiter adhærentes in majuſculis ſiliquis numero ternæ vel binæ, à ſe mutuo latitudine ferme pollicis diſſitæ, in minoribus una tantum; in ſiliquis autem ſoli obverſis hæc lunulata ſemina conſpicua ſunt ac denſiori & opaciori carne circumdata; ſuntque hæ fabæ lunulatæ, viridi-dilutæ & nitentes, ſaporis nullius. Præter haſce ſiliquas numeroſi fructus ſpurii in inferioribus ſurculis viſuntur, nulli vero in ſuperioribus ubi flores vel ſiliquæ proveniunt, foliis omnes inſidentes, ceu particulis foliorum marceſcentium, adeo ut primo adſpectu ipſis quoque foliorum particulis viſui obtectis ramis ſurculisque inſidere videantur, uno conſtantes folio, vel ſoli, vel bini, terni paſſimcoſtulis mediis rarius lateribus inſidentes; ſuntque oblongo-rotundi, viridi-fuſci, in vertice uno tenui ſtilulo præditi, ac rarâ intus cavitate inſtar veſicularum inflati, in quibus ſingulis vermiculus albo-flavus hoſpitatur, cortice rigido, vitreæ ac fragili ſuperficie, intus nitenti & glabra. Cum hujus plantæ ſpinis cortice dempto Malabares auriculas ſuas perforant, in quibus ad ornatum aurum gemmasque pretioſas geſtiunt. *Vires* hæc planta myſtica naturæ vi his incolis antipathetica vel ſympathetica, inter amicos nolentes volentesve cenſetur; ejusdem folia in *orizæ* lotura ac *lactis ſero* decoquuntur pro balneo contra ventris ex flatu & extravaſata lympha intumeſcentiam; hujus porro ſimul ac *Beteleiræ* lignum toſtum & in pulverem tritum exanthematibus ac exulcerationibus adverſatur.

PA-

Dolichos catiang W. sp. 3. 1051



PAERU.

TAB. XLI.

P*Aeru*; lingua Bramannum *Sanvali*; Lusitanorum, *Graos da Nossa Senhora*; Belgarum, *Heylbónen*; nascens in *Angiecamal* & alia loca, semper florens. Plures sunt species. *Radix* tenuis, albicans, fibrosa, in fibris rotundis globulis vestita. *Cauliculi* teneri parum lignosi, asperi & viridi diluti. *Folia* in petiolis longis, languidis, subasperis, interius late sulcatis, viridi dilutis, ac ad sui exortum extuberantibus terna proveniunt, ac communi petiolo pedunculis crassis rotundis, brevibus, viridi fuscis adhærent, suntque oblonga & cuspidata medium est hastæ simile ac lateribus uniformibus, maxima ad pedunculum latitudine, rectisque vel tenuiter incurvis oris in cuspidem stricta, quæ lateralia uno latere, medio folio proximum angustiori, altero vero latiori, ac ad pedunculum latè dilatato & exporrecto, suntque subaspera, colore viridi fusco, in adversa viridi-claro. Cum *Costa* intermedia costulæ utrimque obliquo annulari ductu superiora versus exeunt, in adversa parte eminentes, ac nonnihil in recta. *Flores* in summitate petioli surrecti rotundi qui ex origine petiolorum foliaceorum exoritur, tres quatuorve congregati brevibus pedunculis proveniunt, papilonacei ac cerulei, exteriora versus reflexi, uno folio ungulato albicante quod cum rostro versus folium latius inflexum, ac interius hiat, & duobus oblongis angustioribus surrectis, cæruleo-saturis quæ rostrum ungulati folii complectuntur. In medio *stylus* ungulatus, theciformis, albicans, & supernè in stamun-

cula novem albicantia tenuia fiſſus, quæ apicibus flavis dotata, & in concava parte uno ſtamine, quod etiam flavum gerit apicem, obductum, ac filamentum viride in ſummitate barbatum, cujus exortus eſt in ſiliquoſo rudimento, quod in ſe recondit. *Calyx* cuſpidatorum eſt foliorum. *Siliquæ* rectæ, oblongæ anguſtæ petiolo longo appendentes, primum virides, dein flaveſcentes ac probe maturæ rubeſcentes. *Semina* quæ in iis continentur oblongo-rotunda ſunt, umbilico ſuturæ affixa; maxima longitudine, in earum longitudine ad ſe invicem conſita & tenuibus membranaceis interſepimentis ſejuncta, ſiliquaſque adeo implentia ut ſubtus corticem extuberent, colore primum viridi, dein albicante, denique ex maturitate flaveſcente ac ruffo. Hujus plantæ ſemina cum utroque *Sandalo* & *Cumini* ſemine tritis ſecundum artem in aqua decocta potionem emittunt in gonorrhæa utilem: Eadem cum fructu *Mottenga* vel *Nelica* & cortice *Patsjotti* atque *Mára-manjèl* aliiſque in vaccino lacte decocta cephalicum ſudant balneum: Ex iiſdem *ſeminibus* fit pulvis qui alterutro *Sandalo* vel *Tamarindorum* contuſis fibrillis, radiceve, vel ſucco *liquiritiæ* mixtus cæphalæam ex viſcoſa pituita atque oculorum phlegmonem ex hac obſtructione ortam corrigit: idem pulvis *Cumini* ſemine & *melle* commixtus præcordiorum ex mordicantibus halitibus oriundum æſtum emendat. Cum floribus *Néli* & ſucco *limonis*, ſingultientibus propinatur: Trita eadem cum *tritico* toſto ac in farinam trito, *ficubus* Indicis elixatis pulveratiſque ac *Zacchare* candido ſemina exhibentur in inordinata bilis efferveſcentia, atque inde ſcaturientibus vertigine, pectoris æſtu, oculorum caligine, phlegmoneque ac ſtomachi nauſea: eadem cum immaturis ficubus *melle* aliisque comeſta ſingultum cohibent: Mixta autem cum *allio* oleoque *Sergelim*, *Bepu* &

foule

foule de Enferno, id eſt *Foliis Ricinus* ſeu *Cit-avanacu*, unguentum præbent in artuum laſſitudine & articulorum dolore, punctura, tremore, paralyſi, ſpaſmo, aliiſque ex malignis frigidiſque humoribus ortis malis medullæ ſpinali inungendum. Hujus ſimul ac *Curundotti* radix cum *zinzibere* exſiccato in aqua decocta & cum Butyro epota, vel etiam additis *ſempervivi* foliis tritis, linimenti forma uſurpata, capitis dolores aufert. Notandum quod tanta harum fabarum quanta cæterorum ingredientium in ſingulis miſcellis compoſitis debet eſſe quantitas, quæ apud hoſce incolas communiter ad *Mirabolani* magnitudinem pro una doſi ſumuntur.


Kátu-paerú Lat:
Mal.
Cána-sanvali
bram.
Arab.

CATU-PAERU.

TAB. XLII.

CAtu-Paerù; Bramannes dicunt, *Rana-Sanvali*, Lusitani, *Fabas Caringejo*; Belgæ, *Qualbónen*, circa *Palurti* & alia nascitur loca, florens tempore pluvioso. *Radix* longe prorepens ac fibris albicantibus vestita, intus ligno molli ac lento cortice, crassiolo, albicante ac lacteo, terreo-fusco colore. *Rami* seu *Caules* teneri virides & aquei, filamentis laxis pertexti, vetustiores, cortice terreo, fusco ac lacteo. *Folia* in petiolis viridibus interius lato sulco striatis ac ad exortum extuberantibus terna proveniunt, quorum duo transversa videntur cum tertio seu medio in vertice pedunculis crassis appendentes, suntque subaspera; virore communi sub fusco, in recta parum nitente & fusciori, pilis raris ac brevibus tenuiter obsita; transversa sunt laterum difformium, quorum quod à medio folio longius distat latius distenditur ac anterius in cuspidem contrahitur. Quod in vertice, est hastiforme in cuspidem desinens & majusculum, uniformibus lateribus cum maxima latitudine propius ad pedunculum sita. *Costa* media costulas transversas obliquè fundit, ac etiam cum iis in recta eminet, licet magis in adversa. *Flores* papilonacei, rosaceo saturi, purpurei coloris, quatuor constantes foliis, unum latum rotundum, albicans, exterius sub purpurascens, ac prope ad unguiculum macula flava notatum: folium ungulatum quod huic oppositum, latum & candidum est cum cuspide seu rostro, quod versus folium latum inflexum, cochleatim intortum: duo folia quæ ungulatum ad latus amplectuntur ac falciformia una ora, qua a folio lato aversa convexiori sunt, ac anterius rotundiori ambitu, & interiora versus crispa ac in inferiori parte oræ concavæ folio ungulato assuta & annexa, exterius rosa-

ceo-ſaturo-purpurea, interius dilutiora & albeſcentia, ex unguiculis ut folium latius venis ſtriata. *Clauſi* ungulata forma & virides. *Calyx* rotundus, viridis ad partem folii ungulati trium cuſpidum, ac ad latera inferius duobus breviſſimis foliolis ſeu cuſpidibus ſuccinctus. *Stylus* in medio theciformis candidus à folio ungulato exceptus in novem filamenta, oblonga quæ flavis oblongis apicibus nodulata ſunt, ſupernè fiſſus, ac uno filamento in parte concava ubi lyra ſtriatus, obtectus, transmittens filamentum craſſum candidum, quod ſupernè flavo capitulo oblongo, eſtque cuſpis intortus folii ungulati candidus & nitens, ob flavum iſtud capitulum, apiceſque flavos transparentes, etiam flavum apparens. *Siliquæ* compreſſæ, rectæ, parum inflexæ, ſex pollices longæ, medium digiti articulum, cum virides ferme latæ; ſuntque ſiliquæ primum virides, ſiccæ cortice ruffo diluto ceu flaveſcente, ceu argenteo & nitente. *Semina* quæ in iis conſita cum uncinulis ſuturæ ventris annexa, ac in cortice extuberantia & in propriis loculis per intermedia farinacea candida interſepimenta a ſe mutuo diſſita, in cortice extuberantia, lyris parallelis paulo obliquè ſtriata; forma nonnihil quadrilatera ac convexa; primum viridia & nitentia, poſt coloris ſpadicei ſubviridis, ac ſigno uncinulæ albiſſimo. Integer hic *phaſeolus* cum cortice *Mulæ* arboris in pulverem redactus, *Saccharoque* puro ac *vaccino* lacti incoctus gonorrheæ, *orizæ* vero loturæ commixtus flatibus, cum ſolo *lacte* præparatus dempto tamen cortice, diabeti adverſatur. Ejusdem *radix* cum *Jeribeli* utroque *Sandalo ſaccharoque* ac conſimilium virium aliis, addito *butyro* recenti in linimentum inſpiſſatur, vel eodem omiſſo in pilulas mane diglutiendas formatur, vel etiam adjunctis *Sandalo*, *Butyro*, juſculo *Gallinaceo* ſucco *liquiritiæ*, *lacte* vaccino &c. in balſamum excoquitur, atque tribus hiſce modis contra quævis oculorum vitia, ſuffuſionem, pterygium &c. ſervatis exactæ dietæ regulis cum utilitate exhibetur.

TAB.

TAB. XLI. & XLII.

Fructus *Paeru* & *Katu Paeru* pro cibo adhibentur, ut illi *Thola Paeru*, *part. 6. pag. 23.* deſcripti, qui uno communi nomine *Kajan* vel *Katsjan* appellantur; à Chinenſibus *Lak Goetum*, qui haſce plantas omni cum diligentia excolunt, quorum nutrimentum valde bonum & confortans. Vide *Nieuhovii Itinerar.* pag. 268. Secunda hæc *Katu-Paeru* ſpecies ejuſdem eſt ſylveſtris; priorem *Phaſeolum Indicum trifoliatum minorem, flore cæruleo, fructu minore*; poſteriorem *Phaſeolum Indicum trifoliatum ſylveſtre, flore purpuraſcente, fructu majore,* nominavi.

Dolichos obtusifolius W. sp. 3.1040

Canavalia obtusifolia


Kátu-tsjandi lat.

കാട്ടുചണ്ടി mal.

Canavali

पानवालु bram.

كَاطُوْ چَيَانْضِيْ Arab.



CATU-TSJANDI.

TAB. XLIII.

C*Atu-Tsjandi* ; Bramannice *Canavaly*; Lusitanicè, *Grao do Boy*; Belgicè, *Vyle bonen*, nascitur circa *Cochien*, florens mense Januario, semper virens. *Radix* brevis, fibrosa, nonnihil capillata, colore nigricante. *Cauliculi* sinuosi ac implexi, tenues, rotundi, colore viridi-flavescente. *Folia* in petiolis brevibus interius sulcatis pedunculis brevibus crassis nonnihil pilosis & subruffis, terna numero proveniunt, quorum illud quod in vertice magis amplum, anterius rotunda ora ac cuspide brevi, ac exteriora versus inflexo eminentia, colore viridi. Ex *Costa* media costulæ transversæ obliquè anteriora versus excurrunt, in adversa parte eminentes, minus in recta transversis nervulis, venulisque cancellatim intertextæ. *Flores* qui supra exortum petiolorum foliaceorum congregati proveniunt, in surculis seu petiolis longioribus sunt papilonacei constantes quatuor foliis, quorum unum versus quod ungulatum folium cum suo rostello inflexum, latius est, ac in summitate tenui hiatu incisum ac cum oris exteriora versus nonnihil inflexum, colore exterius pallido albicante, interius rosaceo saturo cærulescente, unguiculo lato viridescente, in medio rima inferius fissum, colore rosaceo-ceruleo-claro: duo folia quæ ungulatum ad latus amplexantur angustiora & inflexa, colore quoque ex rosaceo claro cærulescente: *Stylus* quem folium ungulatum includit crassus, theciformis, candidus, versus folium latius inflexus, supernè fissus in novem tenuia stamuncula quæ apicibus flavescentibus, crassiolis, farinaceis dotata sunt, ac lyra, quæ & stamunculo candido arcte impletur in concava parte sulcatum: in medio *stylo* filamentum candidum, crassum, quod viridi gemmula nodulatum est, inferne viridi-dilutum ex germine siliquæ emicans. *Calyx* florum rotundus & profundiusculus, viridi clarus & venulis in

longum ſtriatus, ad partem ungulati folii tribus apicibus nonnihil acutis & ad latius folium duabus laciniis rotundis latioribus florem arripiens ac ſuccingens: ſuntque flores odoris ſuavis ac mellei. *Siliquæ* eædem ut *Catu-Bara-mareca.* Hujus *folia* cum cortice de *Canja* ſuccum fundunt, qui cum *butyro* coctus glandularum tumores atque ecchymomata: cum *Sinapi* vero allioque trito, torrefacta & epithematis forma applicata ventris tormina diſſipant, adjecto autem pulvere dicto Malabaribus, *Aſtaſurnam-podi* ſuffumigium ſuppeditant, quod doloroſam artuum laſſitudinem tollit.

Dolichos gladiatus. W. sp. 3. 1039

Canavalia ensiformis


Baramáreca lu.

ബളമരെക്ക Mal.

Dála-vállu

दाळवाल्लु bram.

ووﻻ ماقِقّا arab.



BARA-MARECA.

TAB. XLIV.

BAra-Mareca; Lusitani dicunt *Favas dos Paros sativo*; Belgæ, *Tamme Crimpbonen*, planta domestica est & sativa, eadem cum priori, nisi quod siliquæ grandiores, quodque fabæ sint in eduliis. Nascitur in *Angiecamal* & aliis locis, fructus circa initium temporis æstivi proferens maturos. Hujus *folia* in aqua *orizæ* vel immaturæ *nucis Indicæ* succo contrita propinantur cachecticis: ex *fructubus* autem cum *zinziberis* sicci ac *piperis* longi mixtura fiunt pillulæ antispasmodicæ; ex iisdem, dempta interiori pellicula cum cortice *Muringu* trituratis, conficitur linimentum antiarthriticum, quippe hujus plantæ præstantia in arthritide elucescit, vel etiam cum radice *Vattæ*, *Calamo* aromatico, cortice maturo fructus *Arekæ* dicti *Pinang* in aqua *Orizæ patsjeri* & olio foliorum de *Enferno* mixtis, vel etiam cum *Curcuma*, *cynoglosso* Malabarico aliisque, lacteo *Indicæ nucis* succo, ac oleo foliorum de *Enferno*, vel denique cum tribus *Alu* speciebus *orizæ* lotura ac dicto oleo copulatis.

CATU-

Canavalia macharoid


Katu-barumáreca Lav.

കാട്ടുവള്ളമരെക്ക Mal.

Cána-vállu

चानवालु bram.

قحاطو وكلاعرىقا Arab.



CATU-BARAMARECA.

TAB. XLV.

CAtu-Baramareca; lingua Bramannum *Rana-Valu*; Lusitanorum, *Favas dos Paros*; Belgarum, *Krimpbonen*, planta sinuosis ramis se vinciens nascensque in arenosis circa *Cochien* & alia loca, semper ferè florens, ac cum *Cáta Tsjándi* maxima parte conveniens, præter quod pene sit venenata, corpori noxia & dolorem excitans. *Folia* terna proveniunt uti & in *Cátu-Tsjándi*, suntque hæc oblongo-rotunda rotundæ oræ anterius, cuspide oblongo eminentia, contexturâ crassa, mollia, superficie lenia, virore utrinque fusco, superiori parte nonnihil nitente; *Costa* media in adversa maxime eminet, minus in recta: à foliis *Cátu-tsjandi* differunt, quod illa multo minora & rotunda sint ac anterius obtusa ora sine cuspide; hæc oblongiora. *Flores* fabacei forma, colore ac odore cum *Càta-tsjandi*. *Siliquæ* nonnihil incurvæ ac ferme spithamæ oblongæ & tres quatuorve pollices latæ, in superiori parte maxima latitudine, dorso acuto, rotundiolo, ventre non acuto, sed plano, nonnihil concavo, pollicem ferme lato, ac anterius in cuspidem protenso, & in dorso ac ventre limbulo ceu nervo viridi-fusciori obsitæ, lateribus valde extuberantibus & convexis, quæ proximè ad ventrem magis exturgescunt, & ad dorsum magis extenuata sunt, cortice crasso, qui primum viridis & glaber, & intus tunica carnosa, humida, subviridi obductus, siccescens colore spadiceo fusco & plurimis rimis ceu fissuris, quæ ex ventre oblique in dorsum excurrunt fatiscens, in interiori tunica argentei coloris ac villosus. *Fabæ* quas continent ac umbilico suturæ mediæ ventris, in cujus tractu relaxantur, adhærent, sunt oblongo-rotundæ & lateribus nonnihil convexis cum sua longitudine in longitudine siliquarum consitæ, in una ora laterum umbilico oblongo præditæ, cortice spadiceo ruffo & glabro, qui primum ubi fabæ teneræ,

ſubviridis, albicans, piloſus ceu villoſus, ac laxus inſtar ſacculi, umbilico cinereo, qui limbulo ſpadiceo fuſco circumdatus; ſub cortice nucleo albo & denſo; qui ſaporis fabacei ſubdulcis, ſed non ſunt in eduliis, in fabis cum teneræ ſunt ac pellicula albicante denudantur in medio inferioris partis oculus oblongus ſe prodit, qui ad fabæ rotunditatem cum cuſpide verſus umbilicum fabæ inflexus eſt, ſaporis ingrati ſilveſtriis.

TAB. XLIII. XLIV. XLV.

Tres hæ fabarum ſpecies peregrinæ, a noſtro Authore recenſitæ, omnes ad genera pertinent *Iobi*, cujus diverſæ ſpecies à *Cluſio* in *Exoticis*, & *Johanne Bauhino Tom.* 2. lib. 17. deſcribuntur.

Derris uliginosa Benth.



TSJERIA-CAMETTI-VALLI.

Tab. XLVI.

T*Sjeria-Cametti-Valli*; à Lusitanis, *Fabas d'Aya*, à Belgis, *Salcken*, vocantur; planta est nascens circa *Cranganoor* & *Cochien*, semper fere florens vel frugens. *Radix* fibrosa, nigricans ac interius cortice rubro, ligno albo. *Stipites* lignosi, fusci ceu nigricantes ac cum vetustiores sunt, interiori cortice rubro; cum minus vetusti, interiori viridi, teneri autem viridi cortice. *Folia* in propriis surculis tenuibus, viridibus, qui in exortu ventre extuberant, ac interius sulcati sunt, terna, quinave proveniunt, suntque oblongo-rotunda, ad pedunculum latiusculo & rotundo ambitu,& inde in cuspidem oblongum stricta, contexturâ densa & mediocriter crassiola, superficie plana, glabra, viroris in recta fusci & nitentis, in adversa dilutioris. *Costa* media albicans in adversa parte eminet. *Flores* proveniunt congregati in viridibus rotundis petiolis ceu surculis qui supra ex origine surculorum foliaceorum oriuntur, quibus pedunculis parvis viridibus, & in singulis pedunculis bini, terni adhærent; suntque parvi, fabacei, constantes quatuor foliis, qui primum cum clausi ceu in gemmis sunt ex albo-subrubescunt, post aperti rubore dilutissimo seu albicantes, unum folium latius & summitati surculorum magis obversum, alterum unguliforme, & versus folium latius inflexum, ad cujus latera duo angustiora ex albo nonnihil subrubescentia ac cum stylo medio quem includit versus illud inflexum. *Stylus* qui folio ungulato accumbit ac versus folium latius quoque inflexus, superne fissus in *stamina* novem tenuia albicantia, quæ flavis nodulis dotata sunt, ac in concava parte ubi lyra striatus, uno stamine quod & flavo apice nodulatum, obductus, transmittitque filamentum albicans, quod ex siliquoso viridi germine ceu stylo erumpit. *Calix* crassus, rotundus, laxus ac fusce-rubescens, flores odoris nu-

nullius. *Siliquæ* ſunt parvæ, oblongo-rotundæ, articuli ferme longitudine, latæ unum pollicem, compreſſæ, viridi-dilutæ ceu viridi-flaveſcentes, oris rotundis, viridi fuſcis, in medio latere ad unam partem oræ ſinu lacunoſo, venuliſque ceu nervis exſtantibus reticulatim in cortice utrinque pertextæ, ac proxime ad illam oram relicto intervallo nervulo extuberante viridi-fuſco obductæ. Intus unum paſſim *ſemen* viride oblongum in una parte oræ rotundo ambitu, in altera medio ſinu excavatum, qua ſinui ſiliquæ affixum, lateribus duobus compreſſis, parum convexis ac reniformibus cavitatem ſiliquæ ad implens, rarius duo, in ſuperficie venulis ſtriantur. *Siliquæ* hæ primum valde compreſſæ ac folioſa planitie lateribus arcte mutuo accumbentibus, in quibus ſemen parvum conſpicitur per tenuem ac viridi dilutum & reticulatum corticem transparens ac maximam ſiliquæ capacitatem vacuam relinquens. Eandem cum priore efficaciam obtinet; *Radix* hujus toſta trita & oleo commixta linimentum ſudat abſceſſibus externis adverſum.

PE-

Zanonia indica L. ♀





C
A
B
m
q
G
I
f
g
h
i
c
e
d
a
b
D
p
o
n
k
l
E
F
H



Arbor Toxicaria

Ipo

Antiaris toxicaria Lesch. Bl. Rumph. 56.


Penar-válli lat.
Mal.
Peti
bram.
arab.
(procumbens)
Pars 8 Tab. 48

PENAR-VALLI. Fœmina.

TAB. XLVII. & XLVIII.

PEnar-Valli; à Bramannibus *Penaar*; à Lusitanis *Fruita Bandoliera*; à Belgis *Naet-Klim* vocatur; cujus natale solum est *Mangatti*, *Paroe* & alia loca, ingens & latè se dispergens planta est, florens tempore pluvioso. *Rami* virides, striati, spadicei, quorum filamenta lignosa, intus carne viridi humida interpolati, sub cuticula exteriori, quæ facile deglubitur; viridi fusci. *Folia* cum suis petiolis oblongis, tortuosis, crassis, viridi fuscis, nitentibus ac interius lato sulco striatis videntur, oblongo rotunda, angusta, anterius brevi cuspide eminentia, texturâ crassa, spissa & mollia, superficie plana, viroris in recta parte saturi, umbrosi & nitentis, in adversa parum dilutioris. *Costa* media crassa est, cum lateralibus utrinque extuberans, saporis amari. *Flores* in racemis viridibus, qui supra exortum foliorum erumpunt, proveniunt, monopetali, quinque partiti, ex albicante subviridescentes; cuspides versus inferiora inflectuntur, suntque crassi ac carnosi, intus pilis albicantibus oblongis obsiti, cum pede pollicem transversum longo, qui primordium fructus est. In medio tria crassiola emicant *stamina*, in superiori parte bifida, crispata, ac sibi mutuò juncta, quæ cum tempore ita explanantur, ut in fructu ipso basin ejus triangularem constituant. *Calix* trium est foliorum. *Fructus* fasciati in pedunculis oblongis dependent, formam baltei sclopetariorum (belgicè dicimus *Bandeliers*) referentes, oblongi, tribus rotundiusculis lateribus obscurè extuberantes, circa pediculos strictiores, circa basin latiores, quæ tribus rotundiolis lateribus circumscripta est, & ex centro basi, tribus suturis ad angulos laterum striati, cortice crassiusculo, qui primò viridis, dein ruffi est coloris; in medio columnam habent carneam triangularem; quam inter & corticem *semina*, ad singula columnæ latera, duo


consita sunt oblongo rotunda, plana in centro oblongæ membranæ, quæ tunicæ instar latus mediæ columnæ obvelat, suntque una cum fructubus saporis & odoris ut cucumeres. Ex *foliis* tritis balneum præparatur adversus corporis æstus, nervorum contractionem, minores abscessus atque carbunculos. Ex iisdem cum Vaccino *lacte* ac recenti butyro linimentum antispasmodicum conficitur.

TAB. XLVII. XLVIII.

Quod si forma arboris *Ahoraj Thereti* accuratè esset descripta, dijudicari posset utrum planta hæc cnm illa conveniret, quoniam inter fructus non minima similitudo intercedit.

PE-

Penar-válli Mas



PENAR-VALLI. *Maſc.*

TAB. XLIX.


EST & *Penar-Valli* maſcula apud indigenas idem nomen gerens cum priori, ac cum illa ex omni parte conveniens, præter quod hujuſce *flores* quinque habeant ſtamina, ac nullos proferant fructus.

TAB. XLIX.

Quamvis hæc planta nomine *Penar Valli* maſcula nuncupetur, nulla tamen inter illas intercedit convenientia.

Phaseolus radiatus Linn.


Kátu-ulunu Lat.
[illegible] *Mal.*
ududí
उडुदी *bram.*
[illegible] *Arab.*



KATU-ULINU.

TAB. L.

KAtu-Ulinu; Bramannes dicunt *Udidi*; Lusitani *Grao do Pulia*; Belgæ *Meerboonen*, planta est quæ nascitur circa *Paloerti* & aliis in locis, florens tempore pluvioso. *Radix* albicans, fibrosa. *Caules* tenues, angulati, virides & etiam ex parte rubescentes, pilis longis dense obsiti, asperi, parum lignosi. *Folia* in petiolis oblongis, viridibus, pilosis, asperis, qui ad exortum ventre viridi diluto extuberant, ac duobus foliis viridi-dilutis cuspidatis succinguntur & interius lato sunt striati sulco, terna simul proveniunt, lata, anterius striata, pilis obsita & subaspera, viroris in recta parte surdi: medium folium latera habet uniformia, suntque saporis & odoris silvestris. *Costa* media duas laterales majores, & plures minores dispergit. *Flores* plures congregatim videntur, papilonacei, flavi, *stylum* includunt crispatum, candidum, superiori parte in tenuissima stamina fissum, flavis nodulata gemmulis. Siliquosum *germen* viride, quod oblongum, candidum ac nitens, filamentum superne barbatum emittit, in se tamquam theculam includens. *Calix* viridis, in orificio quatuor habens cuspides. *Siliquæ* oblongæ sunt, ad magnitudinem duorum digiti articulorum, rotundæ, rectæ, viridi dilutæ, pilis ruffo rubris, anteriora versus surrectis obsitæ, duabus instructæ suturis. *Fabæ* forma teretes sunt, latiori suturæ adhærentes, suntque in eduliis. Plantæ hujus vires in medicina adhucdum incognitæ.


Dioscorea sativa L.
Pars 8 Tab. 51
Múkelingu lat.
Mal.
Arab.

MU-KELENGU.

TAB. LI.

MU-*Kelengu*; ſecundum Bramannes, *Neya*, Luſitanos, *Inhame do Cao*; Belgas, *Hondswortel*, naſcitur circa *Cochien*, *Mutan*, & aliis in locis, ſemper virens, florens tempore pluvioſo, ſine fructu. *Radix* craſſa, carnoſa, urens, ſed cocta acrimoniam deponit, ac apud indigenas in eduliis eſt. *Cauliculi* rotundi, lanuginoſi, viridi-diluti, ſub tunica lanuginoſa glabro viridi ſaturo cortice. *Folia* formam cordis referunt, anterius in cuſpidem craſſiolum ac rigidiuſculum ſtricta, tenuia, mollia, lanuginoſa, viroris clari & diluti, in adverſa nempe parte, in recta, plana, glabra ac viroris ſaturi & nitentis, odore & ſapore deſtituta. *Coſta* media cum ſuis lateralibus in adverſa parte eminet. *Flores* petiolis ſeriatim inſident, penta vel hextapetali, viridi ſaturi, exterius nonnihil lanuginoſi, latiori ac profundiori orificio, ex quo ſtamina quinque vel ſex pro numero petalorum emicant, quæ flavis inſtructa ſunt apicibus; in umbilico globulum continent viridem, parvo & lanuginoſo excipiuntur calice. Florum *Gemmæ* rotundæ, lanuginoſæ, nullius odoris. *Folia* in decocto *Orizæ* trita abſceſſibus medentur.

TAB. LI.

Cogomen *Kelengu* Malabares diverſis communicarunt herbis & plantis. Hæc ſpecies eſt *Batatas* ſilveſtris, naſcens etiam in inſula *Ceylone*, ubi porci cum radicibus ſaginantur, atque etiam jam jam in Horto Medico Amſtelodamenſi virens videri poteſt.

FINIS

INDEX.

Prior Numerus Tabulam, posterior Paginam Indicat.